



## **Forum Ecclesiasticum**

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

**Leuren, Peter**

**Moguntiae, 1720**

Titulus III. De Clandestina Desponsatione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73973](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73973)

4. Resp. quartò : Dum parentes pro filiis impuberibus contraxerunt Sponsalia, (intellige valida, nimirum accedente consensu filiorum impuberum) filii impuberet resilire nequeunt, quousque puberes effecti, Sanch. n. 12. Gutt. n. 10. Castrop. n. 7. His non obstante textus c. 1. h. t. ubi; *potest pater filium nondum aduatum, cuius voluntas discerni non potest, cui vult, matrimonio tradere, & postquam filius pervenit ad perfectam aetatem, omnino debet hoc implere*; nam intelligendum hoc de debito, non necessitatis, sed honestatis, ubi filius non habet justam causam reclamandi; gl. & Abb. in cit. c. Castrop. cit. num. 7. Et licet citatus textus non videatur facere differentiam inter filium impuberem et puberem; cum tam hic quam ille, ubi ex decencia non adest justa ratio in

contrariam, debeat implere voluntatem patris, impubes tamen expectare debet pubertatem, ante quam resilire nequit. Ex his inferitur, dicta hucusque de dissolutione Sponsalium contractorum ab impuberibus, habere pari modo locum, dum hi de presente contraxerunt matrimonium, matrimonio hoc juris interpretatione non habente vim nisi Sponsalium, adeoque ante adeptam pubertatem resilire nequeunt. Pih. l. c. num. 9. & 10. nisi tamen inter impuberes intercesserit copula vera & perfecta, quæ quandoque anticipat pubertatem (intellige annos alias communiter designatos pubertati) c. à nobis h. t. per hanc enim inter illos consummatur matrimonium,

Abb. in cit. c. 3. Pih. cit. num. 10.

## TITULUS III.

### De clandestina desponsatione.

*Quest. 142. Sponsalia de futuro clandestinè contracta num valeant & liceant.*

**R**esp. ad primum: Sponsalia de futuro celebrata clam sine presentia Parochi & testium vel etiam cujuscunque alterius sunt valida, Sanch. l. 1. d. 13. Gutt. de mat. c. 4. à n. 1. Pone. l. 12. c. 5. n. 6. Castrop. l. c. p. 2. n. 15. Pih. ad tit. de Sponsal. n. 26. Barb. ad Trid. sess. 24. c. 1. de reform. contra Segur. & alios paucos apud Castrop. l. c. siquidem contractus istiusmodi Sponsalitus irritus non est jure naturali, ut per se constat, neque ullo alio jure positivo; nam Trid. l. c. irritans contractum matrimoniale seu matrimonium sic contractum, & vel sic corrigens & derogans juri communi, vi cuius tale matrimonium valebat, nullam mentionem facit de Sponsalibus; ergo ea dispositione omissa seu præterita, adeoque nullatenus cadentia sub illo decreto Tridentino irritante Sponsalia de presente clandestinè celebrata relinquuntur dispositioni juris communis, vi cuius à fortiore valent Sponsalia clandestina, cum etiam vi illius valeant & valuerint matrimonia clandestina.

2. Resp. ad secundum: Neque etiam per se loquendo Sponsalia clandestinè celebrata sunt illicita. AA. cit. cum communi contra Sylv. Armill. Cajet. &c. apud Castrop. l. c. nullo enim jure nec antiquo nec novo sunt prohibita; quod autem ex clandestinis Sponsalibus oriantur quandoque aliqua inconvenientia, non probat esse per se illicita, sed solum consultius esse, ut testes adhibeantur, etiam ad hoc, ut eis fides in foro externo adhibeatur, ad illud verò, quod obijci solet, nimirum, prohibito matrimonio, prohibentur quoque Sponsalia: ergo prohibito matrimonio clandestino prohibentur quoque Sponsalia clandestina, negatur sequela, nam licet prohibito absolutè matrimonio quocunque demum modo illud contrahatur, prohibeantur quoque absolutè Sponsalia, utpote quæ via sunt ad matrimonium, & non contrahuntur nisi ratione matrimonii futuri, quod proinde, si illicitum, Sponsalia forent promissio rei illicitæ, & sic nulla; non tamen inde sequitur, quod prohibitio non absolutè matrimonio, sed solum ne tali modo, nimirum clam

contrahatur, prohibeantur quoque Sponsalia sic contrahi, cum Sponsalia clandestina non sint via ad matrimonium clandestinum; non enim clandestinè ea contrahentes promittunt sibi aut obligant se ad matrimonium clam contrahendum, sed eo modo, quo permittit Ecclesia; adeoque Sponsalia talia sunt promissio rei licitæ, & consequenter valida & licita. Textus quoque adduci soliti ex i. oratio. ff. de Sponsal. l. si quis tutor. ff. de ritu nupt. eodem modo intelligendi de casu, in quo matrimonium prohibetur absolutè, sive ut nullo modo contrahatur, vel quando est eadem ratio prohibitionis matrimonii & Sponsalium, quæ eadem ratio non est in presente, dum matrimonium clandestinum prohibetur ad vitandum concubinatum cum secunda uxore putatitia, ad quam quippe publicè ductam cogebat Ecclesia incia matrimonii prioris clam contracti, validè tamen, intellige, ante dictam prohibitionem, quod locum non habet in Sponsalibus clandestinis, quibus non obstantibus, matrimonium subsequens cum alia est validum.

*Quest. 143. Quenam matrimonia sint clandestina.*

**R**esp. matrimoniorum clandestinorum à jure reprobatorum & punitorum tantum duæ sunt species; dum nimirum contrahuntur absque presentia parochi & testium; vel dum contrahuntur sine præmissis denunciationibus; quorum priorum dicuntur ab aliquibus clandestina simpliciter; alia clandestina secundum quid, & huic clandestinitati non obstat, etsi de cætero contrahantur in medio foro & plane Ecclesia.

*Quest. 144. An & qualiter matrimonia contracta sine presentia parochi & testium olim fuerint, & modo sint prohibita.*

**R**esp. primò: Fuerunt semper istiusmodi matrimonia ab Ecclesia graviter prohibita & illicita, ut patet ex multis Canonibus, præsertim ex c. nullus. 30. q. 5. ubi Hormisda Papa: *nullus fidelis cujuscunque conditionis sit, occultè nuptias faciat, sed benedictione accepta à Sacerdote, publicè nubat in domino*; & quidem sub gravi culpa, prout denorant

verba

verba Trid. Sess. 24. c. 1. Ecclesia semper detestata est hæc matrimonia. Castrop. d. 2. p. 13. §. 2. n. 1. Pirh. h. r. cum D. Thom. in supplem. 3. p. 45. a. 1. Oritur hæc illicitas solum ex præcepto Ecclesiæ, & non ex jure naturæ; licet enim ex ejusmodi contractu matrimoniali clandestino regulariter oriantur gravissima inconvenientia, puta scandala, occasiones peccandi &c. (quæ erat causa graviter prohibendi talia matrimonia) id tamen non est ex ratione ipsius contractus, sed ex pravo hominum affectu & malitia, quod non est sufficiens ad hoc, ut ipse contractus in se malus reddatur. Sicut, licet in ludo & portatione nocturna armorum plura damna solent accidere, non tamen seclusâ lege positiva, peccatum est ludere, aut noctu ferre arma; maxime, si bonus finis assistat. Unde jam etiam infideles clam contrahentes, dum ex tali contractu nullum damnum timeretur, non peccant. Ita Castrop. loc. cit. citatis Cajet. Tom. 1. opusc. 11. 12. de matr. q. 2. Cönnick. d. 27. du. 1. num. 4. Soto &c. Quinetiam fideles ipsi ante Trid. contrahebant, & modo post illud in locis, in quibus non est receptum, licet adhuc contraherent clandestinè, dum mala origo, nisi clandestinè contraheretur, præponderarent malis orituris, aut oriri solitis ex clandestinitate. Quippe leges hujusmodi affirmativæ non ita strictè obligant, quin licitum sit ab eis recedere ob urgentem necessitatem, aliâve justam causam, qualis est vitatio aliorum gravissimorum incommodorum. Pirh. h. r. num. 2. citato Covar. in 4. decret. p. 2. c. 6. num. 7. Hinc quinque casus recensentur à Tanner. Tom. 4. d. 8. de matr. q. 3. du. 6. num. 111. nimirum: dum per matrimonium clandestinum periculum subitum evadere possunt aliquid: dum per adhibitionem testium inique impedirentur à matrimonio, dum expectando testes magnam opportunitatem contrahendi matrimonium essent amissuri: dum sine gravi damno palam contrahere nequeunt, v. g. si virgo constituta sub potestate tutoris, meritò timeret, se tradendam viro pravo, vel aliâ indigno ab iniquo tutore: dum post contractum publicè matrimonium, sed invalidè ob impedimentum dirimens, obtentâ dispensatione, contrahitur deusdè clam.

Quest. 145. An & qualiter matrimonia hæc clandestina olim & modo post Trident. irrita.

1. Resp. primò: Fuerunt istiusmodi matrimonia semper valida, suntque modo in locis, in quibus Tridentinum non publicatum, seu non receptum, ut constat ex eo, quòd Trident. Sess. 24. c. 1. anathemate damnat eos, qui clandestina matrimonia vera ac rata esse negant, quamdiu Ecclesia ea irrita non facit. Ratio etiam hujus est, quòd præscindendo ab illa Ecclesiæ irritatione, in matrimonio clandestino invenitur tota essentia contractus legitimi de præsentè, & solum deficit extrinseca illa, & accidentaliter solennitas publicitatis.

2. Resp. secundò: Hodiedum jure novo Trident. l. c. hujusmodi matrimonia nulla & irrita declarantur his verbis: *Qui aliter, quam præsentè Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi seu Ordinaris licentia & duobus vel tribus testibus matrimonium contrahere attentabunt, eos sancta Synodus ad sic contrahendum matrimonium omninò inhabiles reddidit, & hujusmodi contractus irritos & nullos esse decernit, prout eos præsentè decreto irritos facit & an-*

nullat. Additque in fine; *Decernit insuper, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia summo robore post 30. dies habere incipiat à die prima publicationis in eadem Parochia factæ numerandos.* Ex quibus verbis patet, ex duplici capite vi hujus decreti matrimonia illa evadere nulla, & irrita. Primò directè, annullato per hoc decretum ipso contractu. Secundò indirectè inhabilitatis personis ad sic contrahendum. Castrop. loc. cit. §. 2. num. 2. Porro ratio movens Ecclesiam ad irritanda hujusmodi matrimonia fuit experientia, quâ comperit per simplicem prohibitionem non satis occurrere gravibus malis illis ex clandestinitate nascentibus. Sanch. L. 3. de matr. d. 3. num. 5. Quædam mala erant, quòd conjuges clandestini sæpius ab invicem recederent, aliæque conjugia publicè inirent, in perpetuis adulteriis viverent, matrimonia cum impedimentis invalidè contraherentur; magno fidei conjugalis, prolium ac Sacramenti tum detrimento, tam contemptu, Ecclesiâ, quæ de occultis non judicat, factos tales contractus ignorante, ac propterea medelam debitam afferre non valente.

3. Atque ex his infertur primò, quòd ubi decretum hoc Trid. promulgatum est, etiam ignorantes illud invincibiliter invalidè contrahere matrimonium in absentia Parochi & testium, cum lex irritans actum obliget etiam ignorantes quò ad nullitatem actus, licet ignorantes non afficiat quò ad alias pœnas; cum ubi delictum nullum, ibi nulla pœna; & hæc irritatio non in pœnam contrahentium clandestinè imponitur, sed in odium talis contractus, ut inconvenientia inde orta evitentur. Sanch. L. 3. d. 17. num. 10. Castrop. p. 13. §. 8. num. 7. Pont. l. 5. c. 6. num. 18. Infertur secundò; matrimonium etiam in mortis articulo aut in quacunque necessitate contractum sine præsentè Parocho & testibus esse nullum; quia deest forma substantialis ad valorem matrimonii præscripta. Aliud foret, ubi lex est ecclesiastica aliqua merè præceptiva præscribens solum & inducens solennitatem extrinsecam, & accidentalem contractui. Sanch. loc. cit. num. 4. & 5. Pont. num. 3. Cönnick. d. 27. du. 1. num. 11. Castrop. loc. cit. num. 9. ubi etiam, quòd in hoc casu nulla admitti debeat epikeia; quòd pluris præter viam esse præclusam talibus conjugis clandestinis; quam quòd aliqui patiantur damnum ex matrimonio non contracto.

4. De cætero licet hoc decretum irritans, ut dictum, non extendat se ad matrimonia invalide ob impedimentum aliquod, dum ea postmodum sublato impedimento deusdè clam contrahi possunt; non tamen procedit hæc limitatio, si impedimentum fuit publicum, & in foro externo, seu in facie Ecclesiæ aliquando innotescat; tunc enim necessarium est, ut tales sublato impedimento deusdè contrahant coram Parocho & testibus; quia cum constet illud in foro Ecclesiæ fuisse & esse nullum, testes, qui priori contractui adstiterunt, non fuerunt testes matrimonii validi, sed invalidi. Sanch. cit. §. 37. n. 10. & 11. Pirh. l. c. n. 8.

5. Resp. tertio: Quòd autem Ecclesia potuerit irritare talia matrimonia, quia contractus sunt; inde conficitur, quòd ideo Respublica civilis, & politica reddere potest contractus irritos subditum suorum, v. g. constitutione sua impedire, ut

valida sit translatio bonorum facta à minore sine auctoritate tutorum interposita, ipsasque personas eorum reddere ad contrahendum inhabiles, v. g. mulieres, ne hinc licentia viri, minores & prodigos sine auctoritate tutorum contractus celebrare possint; quia subduntur eis in ordine ad commune bonum, politicamque gubernationem; consequenter, cum minorem potestatem in Christi fideles in ordine ad gubernandum eos, prout eis communique bono expedire iudicaverit, non habeat Ecclesia, poterit quoque hunc in finem contractus eorum irritare, eosque reddere hic & nunc inhabiles ad contrahendum, uti fecit irritando ultimas voluntates certâ solennitate carentes, professionem emissam ante annum 16. ætatis, vel expletum novitium, reddendo consanguineos inhabiles ad contrahendum inter se matrimonium. Et curigitur non etiam contractum matrimoniale celebratum sine testibus reddere posset invalidum, & personas ad sic contrahendum validè inhabiles, cum licet matrimonium sit contractus civilis, sit tamen Ecclesiæ subiectus ob rationem Sacramenti ei annexam.

6. Resp. quartò: Potuit quoque Ecclesia irritare matrimonium clandestinum, in quantum Sacramentum erat, idque absque eo, quòd materiam Sacramenti mutaverit, aut mutare potuerit. Tamen enim Ecclesia mutare nequeat materiam aut formam Sacramenti matrimonii à Christo institutam, efficiendo, ut quòd prius erat materia legitima vel forma, sine tui mutatione jam non sit materia legitima & sufficiens, v. g. ut panis & vinum non sit amplius materia Eucharistiæ; ut contractus legitimus non sit amplius materia matrimonii; hoc enim esset de se & directè immutare essentiam Sacramenti; potest tamen immutare & destruere id, quòd antea erat materia & forma sufficiens, nempe ipsum contractum reddere illegitimum & nullum, si non celebretur coram Parocho & testibus, & hac ratione efficere, ut non sit amplius materia & forma matrimonii; quippe cuius materia & forma erat contractus legitimus; quòd non est nisi per accidens & indirectè mutare materiam, seu potius impedire, ne constituat Sacramentum, non secus, ac si quis facere posset, ut hic panis non esset amplius panis, vel hoc vinum non esset amplius vinum usuale, infundendo tantum aquæ; vel etiam mutando significationem efficere, ut *ad corpus* non significaret amplius corpus organicum, sed lapidem, non nisi per accidens & indirectè mutaret materiam Eucharistiæ. Unde jam etiam sequitur, quòd verba vel signa mutui consensus expressiva, quæ ante Trident. etiam clam seu absente Parocho & testibus prolata constituerant Sacramentum matrimonii, modò post Tridentinum non constituant illud; quia jam non sunt expressiva consensus constituentis contractum legitimum, quòd requiritur ad essentiam & valorem Sacramenti matrimonii, idque absque eo, quòd verba aut signa illa mutantur formaliter, pergunt enim significare consensum internum sufficientem, sed tantum materialiter.

*Quæst. 145. Quid dicendum quòd ad valorem de matrimonii, quæ celebrantur in loco, ubi receptum est Tridentinum, ab incolis loco.*

*rum, in quibus non est receptum; & vice versa quæ celebrantur in loco, in quo non est receptum, ab incolis locorum, ubi est receptum.*

1. Resp. ad primum: Incolæ locorum, in quibus Tridentinum receptum non est, dum fortè morantur vel transeunt loca, in quibus receptum est Tridentinum, ibidem invalidè contrahunt matrimonium non adhibito Parocho & testibus. Sanch. L. 3. d. 18. num. 26. Pont. L. 5. c. 7. §. 6. num. 1. & seq. Castrop. loc. cit. p. 13. §. 8. num. 5. Pirh. h. t. num. 15. cum communi. Quia quidquid sit de legibus aliis, peregrini & quilibet in materia contractuum, quòd ad eorum solennitatem tenentur contrahere juxta legem & consuetudinem ibi receptam; quia ratione contractus sortiuntur forum juxta L. ult. de foro compet. & L. si fundus. ff. de evictio. ita ut, si aliter ibi contrahant, contractus non subsistat; cum ea sit in unoquoque loco forma substantialis contractus, quæ pro illo præstabitur. Sanch. L. c. 2. 10. Castrop. Pont. Pirh. h. cit.

2. Resp. ad secundum primò: Si incola loci, in quo receptum est Tridentinum, excurrit ad locum, in quo illud receptum non est, ibique contrahat cum incola illius loci clam sine Parocho &c. valet matrimonium; cum enim contractus matrimonii sit individuus, regulatur secundum locum cuiuslibet contrahentium; sicut etiam Parochus proprius sponsi est etiam proprius sponsæ, cum desponsati sunt ex diversis Parochiis, Engels. h. t. n. 20. cum communi.

3. Resp. ad secundum secundò: Dum uterque sponforum incolæ loci, in quo receptum Tridentinum, transeunt ad locum, in quo illud non est receptum animo ibi figendi verum vel quasi domicilium indubitatè valet matrimonium ibi ab iis contractum sine Parocho; sunt enim eo ipso incolæ talis loci, in quo non obligat Trident. Idem est, dum absque animo figendi ibi domicilium aut diutius ibi commorandi negotiorum, vel alia de causa morantur, aut contrahunt sine Parocho & testibus; contractus siquidem, ut jam dictum, regulantur secundum leges loci, in quo celebrantur, Gail. L. 2. observ. 123. Peregrini etiam non obligantur legibus sui territorii, dum extra illud versantur. Nec obstat, quòd Trident. inhabilitaverit ipsas personas ad contrahendum sine præscripta solennitate, eaque inhabilitatio ipsas personas comitari videatur. Nam decretum illud Trid. inhabilitans non utrunque afficit personas, sed tantum contrahentes in tali loco, ubi receptum illud decretum. Castrop. loc. cit. nu. 4. & quòd inhabilitatio comitetur personam velut umbra corpus, id solùm procedit, ubi persona in individuo per sententiam Judicis est inhabilitata; secus, si inhabilitatio est generalis ex lege; cum tunc habeat naturam legis, ut non obliget, ubi lex recepta non est. Engels. loc. cit. citans præter alios Barb. de offic. Episc. p. 2. alleg. 32. num. 153.

4. Resp. ad secundum tertio: Dum verò talis de industria & præcisè animo contrahendi matrimonium clandestinè, seu ut opus non sit contrahere coram Parocho & testibus; quia v. g. Titius post contracta & non dissoluta ritè sponsalia cum Caja cogitat ducere Bertam, adhuc valere matri-

matrimonium, sentiunt communius gravissimi AA. Sanch. *cit. d. 18. num. 18. 28. & seq.* Pirh. *num. 11.* Castrop. *cit. num. 4.* citatis Rebell. *L. 2. q. 7. f. 3.* Cönninck. *d. 27. du. 1. num. 10.* Gutt. *c. 61. num. 12.* Gasp. Hurtad. *d. 5. de matrim. diff. 5. num. 15.* Ratio præter adductam Resp. præced. sumitur ab aliis contractibus. Sic enim potest quis ( nisi lex aliqua particularis obstat ) proficisci ex loco proprii domicilii ad alium locum ex intentione ( v. g. quia id sibi commodum & utile ) celebrandi ibidem contractum, v. g. venditionem juxta formam & ejus valorem in eo loco præscriptum; cur non igitur etiam se quis conferre potest aliò ad contrahendum ibi matrimonium juxta formam ad validè contrahendum illud ibidem præscriptam; cum nulla lex id veter. Ad hæc non committitur fraus ( quæ nulli patrocinari debet ) ab eo, qui utitur jure suo juxta *reg. nullus. ff. de reg. juris.* Hoc verum, peccare hujusmodi graviter, uti & ipsi incolæ talis loci, contrahendo clandestinè. Unde & propterea etiam à Principibus sæcularibus Juris Ecclesiastici adjuvandi gratiâ puniri possunt. Sanch. *L. 3. d. 47. num. 13.* Engels. *loc. cit. Arg. c. excommunicamus. de heret. c. decernimus. de sent. excom. in 6.* Quin & licet in hoc agant fraudulentè, dum ideo clandestinè contrahunt, ut v. g. relicta priore sponsâ contrahere possint cum alia; non tamen peccant in hoc, aut agunt fraudulentè, quòd intendant negligere, seu declinare formam Tridentini in eo loco, in quo ea non est necessaria ad valorem matrimonii. Pirh. *cit. num. 11.*

5. Quod huic sententiæ opponi solet, illud est; quòd, ut habet Card. de Lugo. *in resp. mor. L. 1. du. 36.* Barb. *de Paroch. c. 21. nu. 26.* Bossius *de contract. matrim. c. 1. §. 29.* Congregat. Card. interrogante Archiepiscopo Colonienfì, consulta super validitate istiusmodi matrimoniorum responderit, se censere contrahi hac ratione invalidè, saltem si cum fraude fiat. Hoc responsum eorum oblatum Papæ, per decretum Urbani VIII, 16. August. 1627. autoritate Apostolica approbatum & confirmatum sit. Item, quòd idem responsum à Congregat. Card. testetur Rypæ. *L. 4. consult. 6.* uti & responsum pro invaliditate talium matrimoniorum à facultate Theologica Viennensì ait Gobat. *in Theol. experim. tr. 10. num. 467.* Ad quæ responderi aliud non potest, quàm legem illam declaratoriam ex eo nondum videri obtinere, tum quòd necdum publicata sit authenticè etiam in curia Principis; tum quòd non constet, saltem morali certitudine, de tali publicatione, quòd ad vim obtinendâ robar apud fideles necessarium esse ait Krimer *in L. 4. decret. num. 644.* ex Carden. *in crisi Theol. ad sent. prohibitas ab Innoc. XI. disert. 1. c. 11. num. 198.* Quòd si tamen dicta declaratio revera vim obtinet, pro ea facere videtur, quòd in *L. hoc modo. de condit. & demonstr.* notanter constitutum sit, nimirum ut, si per fraudem præjudicetur legi Reipublicæ utili, ipso jure rescindatur, quòd fraudandæ legis gratiâ factum est. Lex verò illa irritans Trident. tanta virorum præstantissimorum deliberatione concepta negari nequit utilissima, quæ revera fraudari videtur per talem ad loca illa recessum, & si id permittatur, validaque habeantur talia matrimonia, aperitur janua raptibus, adulteriis, priorum sponsalium injustis dissolutionibus, cum ingente sæpe parentum aliorumque interesse habentium præjudicio;

ac denique, quòd jure suo uti dici non possit, qui legem defraudare conatur.

*Quest. 146. Quid dicendum de matrimoniis celebratis in locis Hæreticorum & infidelium.*

1. Resp. primò: Si in iis locis nunquam promulgatum est Trident. sine dubio valent matrimonia ibi à fidelibus & Catholicis contracta sine Pastore & testibus; idque sive ibi commorentur permanentè, sive per modum transitus. Sanch. *cit. d. 18. num. 35.* Pirh. *num. 12.* constat ex dictis; quia Trident. decretum irritans matrimonia clandestina ligat solum ratione territorii & Parochiæ, ubi illud promulgatum & usu receptum.

2. Resp. secundò: Si verò in iis locis aliquando promulgatum & receptum fuit Trident. & consuetudine contraria non abrogatum ( dum enim consuetudine denuò abrogatum, tantum est, ac si ibi nunquam promulgatum. Castrop. *num. 3.* Sanch. *d. 18. num. 1.* & alii juxta *c. 1. de treuga & pace* ) & ibi nulli sint Parochi, vel expulsi ab Hæreticis, aut licet sint, penitus ignorantur, aut justus non est ad eos accessus, valere matrimonia ab iis celebrata sine Parocho & testibus; eò quòd decretum illud Trid. ibidem sit inobservabile, adeoque ad ista matrimonia clandestina se non extendat, ne multa gravia incommoda inde oriantur, tenent Pirh. *cit. num. 12.* citatis Laym. *L. 5. tr. 10. p. 2. c. 40. num. 7.* Tanner. *d. 8. de matrim. c. 8. §. 4.* & Zypso *jur. Pontif. l. 4. num. 16.* Arsdekin. *de matrim. c. 8. §. 4.* Krimer. *num. 647.* Item Cönninck. *d. 27. du. 1. num. 12.* allegans etiam pro hoc declarationem quandam Clem. VIII. quam dispensationem fuisse ait Hurtad. *d. 5. de matr. diff. 3. num. 10.* Nihilominus contrarium censet Castrop. *loc. cit. nu. 8.* quia absolucè deficit forma substantialis à Trid. præscripta. Ad dictam declarationem dicit, non constare de illa authenticè, & esto, constaret, carere tamen publicatione legis.

3. Resp. tertio: Ipsos quoque Hæreticos, ubi in locis promulgati & recepti Trident. vivunt permixti Catholicis in minore numero teneri contrahere matrimonium juxta leges Trid. adeoque contrahere nulliter sine Parocho & testibus, cum per Baptismum in Ecclesiam sint recepti, factique illius subditi, subditi autem rebellis teneatur ad leges sui superioris, affirmat Engels. *h. t. num. 20.* citans Bossium *de matrim. c. 1. §. 24. num. 65.* & §. 28. De cætero infideles degentes inter fideles, sive permanentè, sive transeunter in locis, in quibus viget Trident. validè contrahunt non observato decreto Trid. cum non subsint legibus Ecclesiæ, & decretum illud sit lex merè ecclesiastica, & ut talis recepta à Principibus Christianis. Sanch. *L. 3. d. 17. nu. 8.* Pirh. *l. c.*

*Quest. 147. Quis sit Parochus proprius in ordine ad matrimonium contrahendum.*

1. Resp. primò: Est non solum ille, ut voluit Spin. *in specul. testam. gl. 15. n. 41.* Henriq. *L. 11. de matr. c. 3. n. 3.* Rodriq. *Tom. 1. sum. c. 219. n. 6.* & c. in cujus Parochiâ habes domicilium seu habitationem animo ibi perpetuò manendi, dum commodior se non obtulerit sed etiam, in cujus Parochia decer-

decer-

decernis majore parte anni morari, animo postea ad proprium domicilium remigrandi, ut contingit in scholaribus, mercatoribus, mercenariis locantibus suas operas; quia ex tali habitatione acquiritur quasi domicilium, ibique conveniri quis potest juxta *L. heres absens. ff. de judic. & L. 2. c. ubi de crimine agi oportet*. Habitatio autem constituens quasi domicilium sufficiens est ad constituendum Parochianum. Arg. *c. fin. de Parochiis*. & praxis recepta, quâ scholaribus & mercenariis diu habitantibus in Parochia aliqua solus illius Parochus ministrat Sacramenta Eucharistiæ extremæ unctionis. Ita tenent Sanch. *L. 3. d. 23. an. 12*. Gutt. *de matr. c. 63. an. 13*. Castrop. *p. 13. §. 9. n. 9*. contra Pont. *L. 5. c. 15. §. 1*. docentem illum quoque esse Parochum proprium ad contrahendum matrimonium, in cuius Parochia quis moratur etiam transeunter; eò quòd & is sit proprius Parochus peregrinorum, aliorumque hospitem respectu Eucharistiæ, & confessionis Sacramenta ministranda. Quam sententiam nullam habere probabilitatis speciem, ait Castrop. eò quòd repugnet receptæ praxi, & secum vehat gravissima incommoda, dum quilibet fugiens sui domicilii Parochum, contrahere posset matrimonium coram Parocho cujusque loci. Quòd autem Parochus commorantibus in sua Parochia vel illac transeuntibus peregrinis ministrare possit dicta Sacramenta, id fit ex speciali delegatione Papæ in favorem peregrinorum ob horum Sacramentorum necessitatem. Porro non requiritur, ut quis de facto habitet in tali Parochia, sed satis esse, quòd dicto animo commorandi majore parte anni ibi habitare incipiat, astringit Castrop. *n. 10*. cum Sanch. *l. c. n. 14*. neque inconveniens sit, posse aliquem contrahere coram duplici Parocho, uno domicilii propriè talis, & alio diurnæ habitationis seu quasi domicilii, sicut ab iisdem suscipere potest Sacramenta Confessionis, & Eucharistiæ. Sanch. *d. 24. nu. 5*. Castrop. *cit. n. 10*. Gutt. *c. 64. n. 4*.

2. Resp. secundò: Illorum, qui nec domicilium propriè tale, nec quasi tale habent, sed modò hic, modò illic subsistunt. & hinc inde vagantur, Parochus proprius est, in cuius Parochia transeunter demorantur. Sanch. *d. 25. n. 23*. Castrop. *n. 11*. Gutt. *d. 25. n. 2. & 14*. qui idem censent de iis, qui deserto domicilio proprio, ad novum acquirendum extra civitatem illam proficiscuntur; eò quòd, dum sunt in via, censendi sint vagi, vel quasi vagi. Ubi illud notandum diligenter, Parochum sub peccato mortali teneri prius petere ab ordinario suo licentiam tales vagos copulandi juxta Trident. *sess. 24. c. 7*. quod ipsum verum esse, etiam si unus tantum contrahentium sit vagus, notat cum Sanch. *l. c.* & Gutt. *l. c. n. 8*. Castrop. *l. c.* qui pariter notant in ordine ad obligationem illam, petendi veniam, illum non censeri vagum, qui ex una Parochia vel oppido domicilium mutavit, & in aliam Parochiam transit, animo non ibi permanendi, sed habitationem commodiorem inquirendi; cum is notus sit in Parochia, in qua diu habitavit; adeoque ibi fieri possint denunciations, cessetque finis, ob quem Trident. præcipit Parochis, ne vagos copulent sine licentia ordinarii.

3. Resp. tertio: Parochus proprius Hæreticorum in ordine ad assistendum licitè eorum matrimonii est Parochus Catholicus, in cuius Parochia degunt, cum id non sit prohibitum illi, neque ratione communicationis cum Hæreticis; quia hi non sunt vitandi post *extrav. ad evitanda*, neque in facris, neque in politicis, nisi sint nominatim de-

nuntiari; neque propter irreverentiam, quæ infertur Sacramento, quod Hæretici indignè recipiunt; cum Parochus non sit minister hujus Sacramenti. Laym. *L. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 5*. Et ex eo Pith. *n. 21*.

*Quæst. 148. Quis præter Parochum sit ordinarius valens assistere matrimonii, & dare licentiam.*

Resp. Est imprimis Papa respectu omnium Christi fidelium. Dein Legatus Papæ in provincia suæ legationis; quia potest in ea, quæ Episcopus. Sanch. *L. 3. d. 28. n. 8*. Gutt. *d. 66. n. 10*. Castrop. *p. 11. n. 1*. Pith. *l. c. n. 20*. Tertio Cardinales respectu subditorum Ecclesiæ sui tituli; cum ibi habeant jurisdictionem quasi Episcopalem. Nav. *L. 4. consl. cit. de sponsalibus. consl. 47*. Castrop. *l. c.* Gutt. *n. 9*. Sanch. *n. 7*. Quarto Archiepiscopus respectu subditorum suæ Archidiecesis; non verò respectu subditorum suorum suffraganeorum; quia non est ordinarius illorum, nec jurisdictionem in eos habet. Castrop. Pith. *l. c. cit. dum actu visitaret suffraganeos*; censetur enim eo tempore ordinarius. Sanch. *n. 3. & 4*. Suar. *Tom. 4. in 3. p. d. 25. f. 1. n. 14*. Castrop. *l. c.* Vel etiam dum extra tempus visitationis, denegatà ab Episcopo licentiâ, causa ad eum devoluta per appellationem, tunc enim causâ cognitâ latâque sententiâ, cui locus appellationis non est, poterit ei matrimonio assistere, vel licentiam assistendi concedere alteri. Sanch. *L. 3. d. 28. n. 4*. Gutt. *c. 66. n. 3*. Castrop. *l. c.* Quinto Episcopus, ut constat, Sexto Prælati alii habentes territorium proprium, in quo jurisdictionem quasi Episcopalem privativè ad Episcopum exercent, etiam in subditos sæculares; cum & hi respectu suorum subditorum veniant nomine ordinarii. Sanch. *n. 6*. Gutt. *n. 6*. Pith. *n. 20*. Castrop. *cit. n. 1*. Septimò Vicarius Generalis Episcopi in spiritualibus, etiam sine speciali mandato Episcopi, per seipsum assistere potest matrimonio sibi subditorum; quia & ipse est ordinarius, habetque unam eandemque cum Episcopo jurisdictionem. Barb. *de pot. Episc. alleg. 32. n. 117*. Gutt. *n. 12*. Castrop. *n. 3*. Pith. *l. c.* Sanch. *L. 3. d. 29. n. 18*. Pont. *L. 5. c. 11. n. 1*. Posse & illum per se ipsum assistere matrimonio, non secus ac Parochus, etsi Sacerdos non sit, astringit Barb. *l. c.* & quem citat, Pont. *l. c. n. 17*. contra Sayr. Nav. Genedo & alios apud Barb. ad quos accedit *c. de Luca ad Trident. d. 26. n. 20*. Potest sententia Barbosa firmari ex hoc, quòd non minus sit ordinarius quàm Parochus, & sit Parochus Parochorum totius diecesis sicut Episcopus. Poterit quoque sine speciali mandato Episcopi, & licet Sacerdos non sit, dare alteri (modò si Sacerdos sit) facultatem assistendi matrimonii; quia, ut dictum, venit nomine ordinarii. Castrop. Sanch. *l. c. cit. Barb. nu. 177. c. de Luca, l. c.* & sic habet praxis quotidiana. Unde jam etiam Vicarius foraneus, quia non est ordinarius, nisi fortè sit Parochus, assistere per se tenet matrimonio, aut licentiam ad hoc concedere alteri, nisi sit id specialiter commissum. Castrop. *l. c. n. 4*. Sanch. *l. 3. d. 29. num. 20*. Gutt. *c. 67. nu. 16*. Octavo Capitulum sede vacante; cum in omni jurisdictione succedat Episcopo. Sanch. *d. 28. nu. 5*. Pont. *l. 5. c. 10. n. 4*. Barb. *l. c. p. 2. alleg. 32. n. 132*. Pith. Castrop. *l. c. cit.* Ac denique Vicarius Capituli sede vacante, Castrop. *l. c. n. 4*. Dian. *p. 8. tr. 8. resol. 49*. Pont. *l. c.* Et posse illum, etsi Sacerdos non sit, assistere eidem per seipsum non minus quàm Parochum

chum aut Vicarium Episcopi, eadem ratione firmari videtur, nempe quod exerceat ordinariam & episcopalem jurisdictionem, & sit Ordinarius & parochus parochorum.

*Quaest. 149. Qui & qualiter possint condere ac debeant licentiam assistendi matrimonio.*

**R**esp. primò præter dicta *quæst. præced.* Parochus & quilibet ordinarius, qui per se potest assistere matrimonio, id potest. Item vice-parochus ad breve tempus constitutus; eò quod licet sit delegatus, est tamen delegatus ad universitatem causarum, adeoque unam saltem alteramve causam sub delegare potest, *c. cum causam, de appell.* Alium verò vice curatum constituere nequit ralis delegatus, nisi consuetudo aliud absteineat; in quo casu iste vicecuratus concedere potest licentiam assistendi, eò quod tunc non sit delegatus à delegato, sed ab ordinario tacente & consentiente tali consuetudini, ut per absentiam vice curatus alius ad breve tempus substituatur, ita tenent Castrop. §. 12. n. 8. Sanch. d. 31. n. 15.

2. Resp. ad secundum primò: Potest licentia illa concedi absque scripto verborenis & generaliter (uti ea concessa censetur, dum committitur Sacerdoti, ut exerceat omnia parochi munia) eò quod Concilium exigat solum licentiam, non addendo; *in scripto aut in particulari.* Sanch. l. 3. d. 35. n. 10. Pont. l. 5. c. 29. n. 12. Castrop. §. 12. n. 1. Farin. vol. 4. pag. 67. testans sic decisum à Congreg. Cardin. Hanc licentiam censeri concessam, facta concessione administrandi omnia Sacramenta; eo quod parochus non administret Sacramentum matrimonii, negant Cöninck. d. 27. du. 3. n. 30. Henriq. l. 11. c. 3. n. 5. Hurtad. d. 5. diff. 11. n. 37. Affirmant è contra; eò quod, licet parochus non sit minister hujus Sacramenti in rigore, improprie tamen & vulgo censetur minister illius, quatenus ejus præsentia nomine Ecclesie matrimonii administrationi est necessaria. Castrop. l. c. cum Farinac. attestante id quoque decisum à Cong. Card.

3. Resp. ad secundum secundò: Valet hæc licentia, etsi metu vel dolo extorta; eò quod jure illa non irritetur, dum nihil per eam conceditur tali Sacerdoti, quod in ejus dominium transit, sed solum ejus assistentiæ valor, ut matrimonium firmet. Sanch. l. 3. d. 39. n. 13. Gutt. c. 69. n. 14. Hurtad. diff. 11. in fine Castrop. n. 2.

4. Resp. tertio: licentiam tacitam sufficere negant. Menoch. de arb. cas. 453. Henriq. l. 11. c. 3. n. 5. Cevall. in qq. commun. q. 604. n. 114. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gl. 47. n. 52. restans sic decisum à S. Cong. his verbis: *non sufficit tacita licentia, quæ resultat ex tolerantia.* Distinguunt Sanch. l. 3. d. 35. n. 20. Pont. l. c. n. 1. Hurtad. num. 38. Castrop. n. 4. ita ut velint sufficere licentiam tacitam de præsentem, quam parochus concedere censetur, videns Sacerdotem nomine suo disponere se ad assistendum matrimonio, dum facile impedire posset; cum tacitus hic consensus sufficienter signo illo externo expressus sit vera licentia antecedens matrimonium. Negant verò de licentia tacita subsequente matrimonium, quæ vocatur rati habitio de futuro; eò quod vel sic non fiat coram habentelicerentiam à parochis, sed coram eo, qui habiturus esset, si peteret, & præsumit assistentiam suam parochis non fore ingratam. Neque obstat, quod aliàs rati habitio retrorahatur

R. P. Lewr. Jur. Can. Lib. IV.

& mandato æquiparetur; cum id tantum verum sit dum actus pendet ex sola voluntate mandantis; contractus autem matrimonialis pendet à multis, scilicet à consensu contrahentium, & testium, parochi aut alterius Sacerdotis de licentia parochi assistentia, quæ cum non adit, sed solum ejus dandæ spes & præsumptio, actus est invalidus, adeoque nequit cum voluntate parochi tantum reddi validus postea; quod autem Sacramenta Eucharistiæ & extremæ unctionis administrari possint ab alio sub tali rati habitio futura, inde est, quia non agitur de iis administrandis validè, sed licitè tantum, adeoque necesse non est, ut licentia præcedat administrationem, sed sufficit probabilis præsumptio futuræ; ita Castrop. l. c. n. 5.

5. Resp. quartò licentia hæc concessa in generali vel particulari, ut valeat, debet constare concessionario; cum sit quoddam quasi privilegium, & quædam quasi donatio, quæ non prodest, nisi acceptetur; acceptari autem nequeat, nisi agnoscat. Porro dum licentia illa peritur per nuncium, petentem non posse validè assistere matrimonio, antequam sciat illam datam, & à nuncio suo acceptatam, censent Hurtad. cit. diff. 13. Pont. cit. c. 29. num. 8. contrarium, nempe posse illum eà licentia data & acceptata validè uti, etsi non sciat eam datam & acceptatam, tenent Sanch. d. 36. n. 2. Cöninck. d. 27. du. 3. n. 3. Castrop. n. 6. eò quod cujuslibet beneficii, privilegii, dispensationis, facultatis, gratiæ concessio à puncto acceptationis factæ à nuncio specialiter ad id destinato habeat effectum, ut DD. communiter colligunt ex *c. si tibi absent. de præb. in 6.* quod autem concessionarius eà uti nequeat licitè, per accidens est, quod valorem licentiæ non impedit; de cætero Sacerdotem regulariter non debere credere affirmantibus datam licentiam assistendi (nisi forte affirmans tantæ esset authoritatis, ut omnis fraudis suspicio abesset, maxime si velint contrahere sine denunciationibus) ob gravissima aliàs exinde oriiri solita incommoda, monent Sanch. l. 3. d. 37. n. 2. Pont. l. 5. c. 29. n. 8. Castrop. n. 7. &c.

6. Resp. quinto: Dum prohibitum parochis dare licentiam, etsi eam det illicitè, erit tamen valida (nisi forte prohibitioni adjectum decretum irritans. Sanch. l. 3. d. 31. n. 1. testans sic decisum à Congreg. Card.) Gutt. c. 67. per tot. Castrop. n. 9. arg. c. 2. de mat. contract. contra interdic. Eccles. Idem sentit Castrop. dum licentia data sub onere præmittendi denunciations, aliamve diligentiam in indagazione impedimenti præstandi, dum hæc omissa; eò quod censendum id non præcipi in vi conditionis, à qua dependeat valor licentiæ, sed oneris & obligationis, maxime si præcipiatur diligentia, quam jus commune postulat.

7. Resp. sexto: Licentia hæc data non censetur revocata, donec per epistolam vel certum nuncium significata sit ei, cui facta Sanch. l. 3. d. 36. n. 9. Cöninck. l. c. n. 32. Castrop. num. 10. Et si quis post matrimonium opponit, licentiam revocatam fuisse, aut etiam Sacerdotem eà caruisse, credi non debet, nisi probetur. Castrop. l. c. ex Mascard. de prob. concl. 982.

*Quaest. 150. An in parochis, ut validè ac licitè assistat matrimonio, requiratur Sacerdotium, carentia censurarum, & ut verè sit parochus.*

**R**esp. ad primum negativè Sanch. l. 3. d. 20. n. 3. Castrop. p. 10. §. 10. n. 2. Pith. n. 17. Gutt. de mat. c. 62. num. 16. decretum enim illud

L

Trid.

Trid. cum sit correctorium juris communis, verba illius non sunt amplianda cuius etiam, si finem spectes, in requisitione presentia patochi internum, qui est, ut Ecclesie constet de matrimonio, hac attestatio æquè præstari potest per parochum non Sacerdotem. Neque etiam contrarium inferretur ex eo, quòd Trident. qui aliter quàm præsentem parochum, vel alio Sacerdote de ipsius parochi licentia; nam etsi dictio illa *alius* quandoque, non tamen semper est repetitiva similium, ut patet ex illo *Luca 23. ducebantur & alii duo nequam*, quandonam autem sit repetitiva similium, quandonam dissimilium, colligendum ex subiecta materia, ut ait gl. in *c. sedes, de rescriptis. v. majores*; quòd verò parochus, sive Sacerdos, sive non Sacerdos, nulli alteri quàm Sacerdoti committere possit licentiam assistendi matrimonio, inde est, quòd Trident. expressis verbis id dicat; verba autem secundum communem usum & significationem sint accipienda, congruentiam etiam hujus hanc dat Pirh, ut nimirum in substituto dignitas Sacerdotalis suppleat dignitatem pastora-lem. Porò posse hanc licentiam dari cuicumque simplici Sacerdoti non approbato; eò quòd Trid. id tantum requirat pro audiendis confessionibus, habet Sanch. *cit. d. 20. n. 10.* & ex eo Castrop. *n. 5, Pirh. b. t. n. 17.*

2. Resp. secundò; assistit quoque licitè parochus non Sacerdos, Sanch. *n. 4. Gutt. c. 62. n. 20. Castrop. n. 4. cum communi, contra Pet. Ledesm. q. 45. de mat. à 5. p. 2. du. 3.* consentem esse mortales tum quia non potest benedicere; tum quia causa est, ut contrahentes utantur materia tantum probabilis (cum probabile sit requiri à Concilio presentiam parochi Sacerdotis) adeoque Sacramentum exponatur periculo nullitatis. Ad primum dicitur, benedictionem illam, quæ fit extra missam hisce verbis: *ego vos conjungo in nomine Patris &c.* optimè posse præstari à non Sacerdote, Ad alterum respondet Castrop. usum materiæ probabilis in administratione Sacramentorum non esse per se illicitum, sed solum quando ex speciali Ecclesie præcepto, vel consuetudine vim legis obtinente prohibetur, pro quo citat seipsum, *tr. 1. de conscient. d. 2. p. 5.* Verum non videtur ista responsio plenè satisfacere, cum ex natura rei, etiam citra præceptum Ecclesie videatur semper esse illicitum in Sacramentis uti materia probabilis, dum certa haberi potest.

3. Resp. tertio; Parochus excommunicatus suspensus, interdictus, irregularis, notorius peccator clericus, etiam denunciatus adhuc validè assistit matrimonio. Sanch. *l. 3. d. 21. n. 4. Pirh. b. t. n. 18. Gutt. c. 62. n. 23. Henriq. l. 11. de mat. c. 3. n. 4. & 5. Castrop. n. 6.* non enim talis eo ipso est privatus beneficii parochialis possessione; neque assistendo exercet actum jurisdictionis, ut patet; quia etiam invitus assistit validè; jurisdictionis autem semper exercenda voluntariè. Esto etiam, quòd nominatim excommunicatus nequeat testari, testimoniumque (intellige communiter & regulariter) sit nullum, *c. veniens. ut. 2. de testib. c. decernimus. de sent. excom.* admittitur tamen in aliquibus casibus, in quibus infames admittuntur, uti hi in favorem matrimonii admittuntur; adeoque etiam parochus excommunicatus, uti in specie tradit Mascard. *de prob. concl. 765.* Quin etiam parochum ob ignorantiam vel crimen generaliter privatum administratione Sacramentorum; vel etiam ob specialem aliquam causam, prohibitum has vel illas personas matrimonio conjungere, adhuc valide assistere matrimonio, eò quòd prohibitio illa reddat

actum illicitum; cum qualitatem parochi, quam solum requirit Trid. non auferat, tenet Castrop. *n. 7.* citatque ab eo Salced. *in prax. crim. c. 73. vers. primum igitur.* Sanch. *cit. d. 21. n. 11. Gutt. l. c. n. 25. Henriq. l. c. Cevall. g. 1. præf. q. 604. n. 71.* Ac denique posse parochum nominatim excommunicatum et interdiktum concedere alteri Sacerdoti etiam taliter excommunicato licentiam assistendi matrimonio; eò quòd Trident. in Sacerdote, cui à parochum concedi potest illa licentia, aliam qualitatem non requirat quàm Sacerdotii, datio autem illa non sit actus jurisdictionis; cum neque per hoc sententiam ferat, neque jurisdictionem communit, sed solum dominii ejusdem & potestatis, sicut est communicatio bonorum suorum, excommunicatus autem non toleratus, etsi omnino privatus jurisdictionis usu, non tamen dominii communicatione, quod in alium validè transferre potest; sic inquam tradunt Castrop. *n. 8. Cevall. n. 120. Gutt. n. 24. Henriq. n. 3. Sanch. n. 8. Pirh. n. 18. contra Cönnick. d. 27. de Sacram. da. 2. num. 25. Laym. l. 5. tr. 10. p. 2. c. 4. n. 5.* qui putant dare hanc licentiam esse actum jurisdictionis voluntariæ.

4. Resp. quartò; Parochus solum existimatus, quia V. G. beneficium invalidè obtinuit constitutus in excommunicatione, irregularitate &c. vel eo privatus à jure vel per sententiam, stante errore communi se aliis putantibus illum esse vetum parochum, validè assistit matrimonio, uti & alia per illum gesta valent, Sanch. *d. 22. n. 5. Castrop. n. 10. juxta l. Barbar. ff. de off. Prator.* Idque etiam verum esse, tametsi contrahentes ipsi norint illius inhabilitatem, eò quòd singularis scientia non impedit errorem communem, propter quem jurisdictionis conceditur tali ad evitanda gravia incommoda, quæ aliàs ex nullitate actuum omni possunt, tenet cum Sanch. *n. 42. & Gutt. n. 26. Castrop. cit. n. 10.* Ex quibus infert Castrop. *11. cum Sanch. d. 22. n. 62. & Gutt. c. 62. n. 28.* Validè assistere matrimonio Sacerdotem, cui parochus verbis tantum absque intentione licentiam assistendi concessit, quia adest error communis; cum nullitas tituli sit occulta imò valere adhuc matrimonium, si is, cui data licentia, verè Sacerdos non esset, led tantum communiter existimatus, eò quòd ex ea licentia adest præsumptus titulus, & error communis, ob quem Ecclesia defectum illum jure humano inducitur supplet. Sanch. *n. 29. Gutt. n. 26.* Quod si tamen parochus intrusus esset in beneficium absque titulo à legitimo superiore concessio, communis sententia habet, nullatenus valere matrimonium, cui is assistit (intellige, etiam supposito errore communi, quo id ignoratur) eò quòd deficiat titulus coloratus, quem jus requirit, ut gesta ab inhabili valeant, ut tenet & pluribus probat Sanch. *l. c. num. 49. & 50.* quem sequitur Pirh. *n. 18.* quamvis ut Castrop. *n. 9.* probabile sit & rationi consonum, ut probatur à Pont. *l. 5. c. 20. à n. 2.* solum errorem communem sufficere ad jurisdictionem concedendam.

*Quæst. 151. Utrum ad valorem matrimonii requiratur, ut utriusque Sponsi parochus sit proprius, & quidem in parochia propria assistat, & quid sit quoad hoc de Sacerdote delegato.*

1. **R** Esp. ad primum; Dum Sponsa & Sponsus sunt diversæ parochiæ, valet matrimonium, si alterutrus, Sponsi nimirum vel Sponsæ, in

cujus



cujus parochia contrahitur matrimonium, assistat, Sanch. l. 3. d. 19. n. 4. Pont. l. 5. c. 16. num. 2. Castrop. p. 13. §. 19. num. 1. Pirh. h. t. num. 13. cum communi; parochus enim unius contrahentium est quoque quod ad hoc parochus alterius; cum matrimonio sit unus individuus contractus, ita ut ab uno iniri nequeat, quin hoc ipso ineat ab altero: ergo eo ipso, quod quis constitutus est ad coniungendum unum conjugem, etiam constitutus est ad coniungendum & alterum.

2. Resp. ad secundum; parochus alterutrius contrahentium validè assistit etiam extra propriam suam parochiam, V. G. parochus viri assistens ei in parochia Sponsæ, vel etiam assistens matrimonio extra parochiam, aut etiam extra diocësin utriusque, Sanch. l. c. n. 4. & 14. Cönnick. d. 27. num. 22. Gutt. c. 62. n. 5. Spino de testam. gl. 15. n. 42. Castrop. n. 3. Pirh. n. 14. contra Pont. n. 2. Henriq. l. 11. c. 3. n. 2. Nav. c. 25. n. 144. Cevall. cit. q. 604. n. 6. Rodriq. & alios censentes, id nec validè nec licitè fieri posse; siquidem Trident. solum exigit presentiam proprii parochi; neque aliud ad finem à Concilio intentum, qui ad clandestinas nuptias evitandas, necessarium, ut patet. Ad hæc dicta assistentia, esto non sit actus jurisdictionis voluntariæ, nulla tamen ratione est jurisdictionis contentiolar, neque illam ullo modo imitatur; adeoque extra territorium exerceri potest. Unde etiam declarationes relatæ à Pont. dum dicunt; quando matrimonium contrahitur inter virum & mulierem diversarum parochiarum, parochum viri in ejus parochia, & parochum femine in ejus parochia debere Sponsos benedicere: intelligendæ sunt, ut verba sonant, nimirum de benedictione in ecclesia inter missam solennia faciendo; vel si etiam de assistentia loquantur, *non debet* non importat necessitatem præcisè, sed congruentiam, ut ita fiat pro majore matrimonii securitate & certitudine; ita Castrop. Porro parochum licitè non posse assistere matrimonio suorum extra propriam parochiam sine licentia parochi istius loci, affirmant Pont. l. c. num. 11. Cönn. num. 19. Henriq. n. 2. Rodriq. & alii. Negant probabilius Sanch. d. 19. num. 18. & 19. Gutt. n. 6. Pirh. num. 16. (qui tamen addit, probabilius esse, peccare & puniri posse, si solenniter & publicè assistat matrimonio in aliena parochia sine licentia parochi; quia involat in alienum officium publicum in re gravi) Spino. n. 42. Castrop. num. 42. siquidem talis assistentia in aliena parochia nullibi prohibita; estque illa minus aliquid, quàm actus jurisdictionis voluntariæ, quæ licitè in alieno territorio exerceri potest. Ad hæc nil obstat illum facere quoque in ista parochia benedictionem non solennem, sed privatam; solennis verò illa benedictio, ut bene Castrop. nequaquam assistentiæ illi de præcepto conjuncta est.

3. Resp. ad tertium; Delegatus quoque ille Sacerdos non minùs quàm ipse parochus delegans assistere potest validè ac licitè matrimonio extra parochiam committentis seu delegantis illi eam licentiam, Castrop. n. 7. Gutt. n. 10. nullus enim est textus aut ratio, cur delegatio talis ad parochiam delegantis restricta sit. Neque verum est, delegatum require hanc quasi jurisdictionem voluntatem exercere in alieno territorio, ut patet in confessionibus audiendis & conferendis beneficiis potestate delegata juxta probabiliorum apud Sanch. l. 3. d. 34. à n. 2. & sic in specie posse Vicarium generalem Episcopi instructum ab eo facultate con-

R. P. Leur. Jur. Can. Tomus IV.

ferendi beneficia illa conferre constitutum extra provinciam, fusè ostendi in meo Vicario episcopali. q. 263. citatis Fagn. in c. presentata, de testib. n. 12. Garc. de benef. p. 5. c. 8. n. 126. Paril. de resign. l. 2. q. 24. n. 32. Menoch. Lambert. Azor.

*Quæst. 152. Quot & quales præter parochum adesse debeant contractui matrimoniali testes.*

1. Resp. ad primum; Sufficiunt duo; cum Trident. sess. 24. c. 1. exigat, ut duo vel tres testes unà cum parochio matrimonio intersint.

2. Resp. ad secundum; Non requiritur, ut hi testes sint omni exceptione majores, sed sufficiunt qualescunque, modò usu rationis præditi, ut intelligant & advertant, quid agatur; unde etiam impuberes, faminae, parentes, consanguinei, domestici, servi, religiosi, excommunicati, infames, infideles sufficiunt ad validè coram illis contrahendum matrimonium, Sanch. l. 3. d. 41. num. 5. Gutt. c. 44. n. 74. Castrop. cit. p. 13. §. 13. n. 3. Pirh. h. t. n. 24. cum communi decretum enim Trid. utpote correctorium juris communis & irritans matrimonium, cujus causa favorabilis est, extendendum non est, adeoque, cum exigat solum presentiam duorum vel trium testium nullà additâ qualitate, etiam ea à nobis exigenda non est; sed sicut aliàs in favorem fidei, c. fidei, de heret. in 6. tales testes admittuntur, sic etiam in favorem matrimonii admittendi, & sic standum legi naturæ, quæ cujusvis ratione ut entis testimonio contenta est. Ad hæc, testium alioquin inhabilium suppletur defectus ex communi contrahentium consensu illos admittentium, dum etiam regulariter ab iis electi & rogati intersunt. Castrop. Pirh. LL. cit. cum Farinac. de opposit. contra test. q. 54. n. 40. Item ex autoritate presentis parochi. Arg. c. cum esset. de testam. Pirh. Castrop. cum Gabr. comm. opin. l. 1. de test. concl. 8. n. 3. præsertim si (prout præcipitur à Trid.) librum habeat, in quo conjugum & testium nomina, diem ac locum contracti matrimonii describat, Pirh. l. c. ubi etiam, quod tunc testes aliàs inhabiles plenam fidem faciant de valore matrimonii, ubi lis desuper moveretur in judicio, ut Sanch. n. 6. Ac denique in aliis causis judicialibus & actibus, validum est enim testimonium, si à Judice vel adversa parte non repellantur, Arg. c. 1. de excep. in 6. Porro ad quæst. illam, num mandataris seu procurator constitutus ad contrahendum simul esse possit testis, c. de Luca in annot. ad Trid. d. 26. n. 29. quamvis dicat, casum hunc pendere adhuc indecisum, respondet tamen, negativam videri probabiliorum, ejus ratio esse potest; tum quia procurator sic debet esse testis de facto suo nomine principalis; tum quia Trident. exigens duos testes, qui deponere possint de facto contrahentium, videtur exigere duos testes distinctos à contrahentibus non tantùm principalibus, sed etiam qui solo ministerio & mandato tales sunt.

*Quæst. 153. Qualiter parochus & testes interesse debeant contractui matrimoniali.*

1. Resp. primò; Debent interesse simul duo saltem testes unà cum parochio; quia Trident. copulativè exigit presentiam parochi & duorum testium; non sufficit proinde, ut intersint isti contractui successivè sive unus post alterum, & sic coram singulis singulatim presentibus is celebretur.

L 2

2. Resp.

2. Resp. secundò : Debent interesse non tantum physicè seu corpore, sed modo humano seu moraliter, id est, animo & cum advertentia, ita ut intelligant, quid agatur, Castrop. §. 8. n. 11. Gutt. c. 69. Pirh. h. t. n. 21. cum communi; non enim jure præsens esse censetur, qui non adest modo humano intelligens & advertens, quid agatur. *l. coram Tutio, ff. de V. S. sufficit autem, ut aliquo sensu advertant, quid fiat, sive visu, sive auditu; vel etiam si præsentem per interpretem intelligant consensum mutuum, Pirh. l. c. citans Sanch. l. 3. d. 39. n. 2. & seq.*

3. Resp. tertio : Non requiritur, ut parochus & testes vocati, seu rogati interfint, sed sufficit eos casu supervenire, vel etiam omnino invitos, reclamantes, vi vel dolo detentos interesse, quia sive sponte, sive invitè interfint, possunt æqualiter intelligere & testari de iis, quæ geruntur, arg. *cit. l. coram Tutio*, diciturque quid coram aliquo fieri, etsi invitè adfit : Ac denique obtinetur finis Trid. cum jam Ecclesiæ constet de tali matrimonio, & esto, per talem coactionem fiat injuria parochi & testibus, hæc tamen non impedit, quò minus de matrimonio testari possint. Sanch. n. 9. Castrop. n. 11. Pirh. n. 23. Rebell. *de oblig. just. p. 2. l. 2. g. 8. n. 2.* Gutt. c. 69. n. 10. cum communi. Peccare nihilominus contrahentes mortaliter, si absque gravi causa parochum, qui vices Ecclesiæ in eo actu gerit, cogant vi vel dolo assistere ob gravissima incommoda, quæ ex tali assistentia oriri soleat, tradunt Sanch. n. 12. Cönnick. d. 27. n. 44. Castrop. l. c. qui idem ait de testibus sic coactis interesse, eò quòd & ipsi nomine Ecclesiæ, etsi minus principaliter quàm parochus interfint, & ratio generalis deducta ab inconvenientibus, quæ per se ex tali deceptione oriuntur æquè in testibus ac in parochi procedunt; contrarium tamen, nimirum non peccari, per hoc saltem graviter tenent, Sanch. & Gutier. *LL. cit.*

*Quæst. 154. An & qua obligatione parochus teneatur benedicere matrimonio.*

1. Resp. primò : Teneatur post expressum mutuum consensum benedicere contrahentes hac verborum forma : *ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris &c.* ut constat ex Trid. *sess. 24. c. 1.*

2. Resp. secundò : Hæc benedictio etsi non sit de essentia Sacramenti; cum neque ad materiam, neque ad formam ejus spectet, ut Sanch. l. 3. d. 38. n. 4. Castrop. n. 12. cum communi; est de præcepto tamen, ut patet ex Trid. omissionem illius esse solum peccatum veniale; eò quòd eodem loco etiam plura alia gravius non obligantia continentur, censent Sanch. n. 6. & seq. Gutt. n. 15. Castrop. *cit. n. 12.* E contra esse mortale, quia in re gravi, censet Salced. in *pr. crim. c. 77. §. secundò illud.* quem sequitur Pirh. n. 22. *in fine.*

*Quæst. 155. An & qualiter præmittendæ denunciationses.*

1. Resp. ad primum : Denunciationses hæc etiam jure antiquo erant præmittendæ, ut constat ex *c. inhibito, h. t.* desumpto ex Concilio generali Lateranensi sub Innoc. III. Jure quoque novo Trident. *l. c.* præcipiuntur, simulque præscribitur modus & forma in iis servanda his verbis : *imposite-*

*rum antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium parochi tribus continuis diebus festivis inter missarum solennia publicè denuncietur, interquos matrimonium sit contrahendum &c.* Indicatur quoque ibidem hujus præcepti finis, ut nimirum, si quæ laterent inter Sponsos impedimenta, ab his, qui aliquid de iis noverint, Ecclesiæ detegantur, ac sic illegitima matrimonia impediatur.

2. Resp. secundò : Dum contrahentes spectant ad diversas parochias, denunciationses hæc in utriusque parochia faciendæ; quia Concilium dicit; à proprio contrahentium parochi faciendæ; & aliàs fini à Concilio intento (qui, ut dictum, est detectio impedimenti) non esset satis provisum, si quis eorum in aliena parochia, in qua esset ignotus, denunciaretur. Sanch. l. 3. d. 6. n. 4. Gutt. c. 56. n. 5. Castrop. p. 13. §. 3. num. 2. Rebell. *de mat. l. 2. g. 7. n. 19.* Pirh. n. 28. cum communi. Ubi tamen consuetudo obtinet, ut non nisi in parochia unius Sponsi, in qua celebrandæ sunt nuptiæ, fiant hæc denunciationses, eam damnari non debere, censent cum Laym. l. 5. *tr. 10. p. 2. c. 4. n. 9.* Castrop. Pirh. *LL. cit.*

3. Resp. tertio : Jure antiquo satis erat una denunciatio, modò tres fieri debent, idque tribus diebus festivis continuis, id est, inter quos non intercedunt alia festa, etsi intercedere possint ac debeant alii dies non festivi, ut eò melius detegi possint impedimenta, ut fit, si sibi non immèdiatè succedant hæc denunciationses, sed interposito tempore aliquo non magno, ne, si nimium interrumpanur & à se invicem distent, parochiani illorum obliviscantur, & nuptiæ nimis diu differantur Sanch. l. c. n. 8. Castrop. n. 3. Pirh. *l. c.*

4. Resp. quartò : Debent fieri à parochi, vel ab alio de ejus licentia inter Missarum solennia, ita tamen, ut licet hoc tempus & locum videatur requisivisse Concilium ob majorem Sacramenti matrimonii reverentiam, fieri tamen possint extra Missarum solennia, imò extra ecclesiam, etiam die non festo, ubi tamen frequens est populus, ut in prædicationibus; eò quòd Concilium solum spectasse videatur frequentiam populi (ut scilicet ad plurium notitiam perveniret) quæ regulariter major esse solet diebus festivis inter Missarum solennia. Sanch. num. 9. Castrop. Pirh. *LL. cit.* in quo tamen observari posse cujusque ecclesiæ consuetudinem, ait Laym. l. c. n. 10.

5. Resp. quinto : Sunt hæc denunciationses non quidem de valore matrimonii, sed tamen sub præcepto graviter obligante tam parochum quàm contrahentes; quia est in materia gravi, ut constat ex fine, qui est ad sciendum, num subsistat matrimonium, nec ne, propter impedimentum, Sanch. l. 3. d. 5. n. 3. Castrop. n. 4. Pirh. n. 27. Procedunt hæc ipsa in casu, quo constaret, nullum subesse impedimentum; cum lex non desinat obligare, etiamsi ejus ratio hic & nunc in particulari cesseret. Pirh. l. c. cum Cönnick. d. 27. *de Sacram. du. 5. num. 51.* quamvis omittere denunciationem unam, ubi non præsumitur impedimentum, non esse peccatum, censent Pirh. l. c. Sanch. n. 7. Rebell. num. 10. Hurt. & alii apud Castrop. ipsè tamen ait cum Cönn. absque gravi causa hanc doctrinam admitti non debere; quòd si tamen uno alterove die festo etiam non immediato denunciationses intermitterentur; vel è contra, si ita continuè fierent, ut nullus dies intercederet; item si tribus etiam festivis, ubi

ubi tamen adesset concursus populi, ferent, non esse mortale, teneant Sanch. *d. 6. num. 9.* Laym. *n. 10.* Castrop. *nu. 4.* & plures apud illum. De cetero, ubi foret de bono communi vel speciali contrahentium, matrimonium statim contrahi, nec esset recursus ad Ordinarium, qui dispensaret in denunciationibus, poterit iis omissis contrahi matrimonium sine omni culpa; cum leges ecclesiasticæ non censeantur in eo rigore obligare. Laym. *cit. num. 10.* Castrop. *loc. cit. num. 5.* Sanch. *l. 3. d. 10. num. 27.* citatis pluribus aliis; adeoque multo magis id poterit metu mortis, dum hic non incurreret in contemptum clavium. Barb. *in c. 1. Sess. 24. Trid. n. 30.* cum Sanch.

*Quest. 156. Quinam dispensare possint in denunciationibus.*

1. Resp. primò: Parochus non potest dispensare in hoc; jure siquidem antiquo, ut constat ex *c. inhibito, num. 1.* id non poterat. Ergo, cum Trident. in hoc jure antiquo nihil mutaverit, neque modò id poterit. Laym. *loc. cit.* Gutt. *de matrim. c. 56. num. 12.* Sanch. *l. 3. d. 7. num. 37.* Pirh. *num. 29.* Castrop. *p. 13. §. 4. num. 3.* qui etiam id procedere ait, ubi adesset suspicio (intellige prudens) impediendi malitiosè matrimonii, si fierent denunciationes. Posse tamen Parochum in casu necessitatis per episcopalem interpretari & declarare legem illam hic & nunc non obligare, v. g. si in articulo mortis concubiniarius vellet contrahere matrimonium cum sua concubina, censet Pirh. *loc. cit.* citato Tanner. *d. 8. q. 2. du. 6. num. 132.* quod ipsum consequenter poterit, impendente aliàs gravi malo; si enim potest eas in eo casu omittere, ut Sanch. Cönnick. &c. utique id aliter non poterit, quàm judicando, præceptum illud hic & nunc non obligare, seu Ecclesiam noluisse hic & nunc illud obligare, quod est uti episcopali.

2. Resp. secundò: Tametsi jure antiquo in his denunciationibus, quia præcepta in Concilio generali Lateranensi (in cujus lege regulariter dispensare nequit Episcopus) non possit dispensare Episcopo, hanc tamen potestatem dispensandi concedit Episcopo Tridentinum hisce verbis; nisi ordinarius ipse expedire judicaverit, ut denunciationes omittantur. Nomine verò ordinarii veniunt hic quoque Abbates similisque Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem (intellige cum territorio) habentes. Castrop. *loc. cit. §. 4. nu. 1.* Navar. *sub tit. de sponsal. conf. 5.* Sanch. *d. 7. num. 4.* Rodriq. *Tom. 1. sum. c. 217. num. 4.* & in specie Vicarius Generalis Episcopi. Et quidem id eum posse vi Vicariatus sine speciali commissione Episcopi, tenent Sanch. *loc. cit. num. 10.* Cön. *loc. cit. du. 6. num. 55.* Riccius *in pr. decis. 259.* Gutt. *c. 56. num. 11.* Hurr. & alii, quos citat & sequitur Castrop. *num. 2.* contra Henriq. *l. 11. de matr. c. 5.* Pont. *l. 5. c. 3.* Menoch. *conf. 69. num. 55. vol. 1.* Spin. *in specul. testam. gl. 15. num. 29.* &c. requirentes in eo speciale ad hoc mandatum.

3. Resp. tertio: Episcopi dictique Prælati delegare quoque possunt hanc potestatem dispensandi in denunciationibus. Sanch. *num. 20.* Spino *loc. cit.* Gutt. *num. 13.* Cön. *loc. cit. num. 55. conclus. 3.* Castrop. *num. 4.* & alii contra Menoch. *loc. cit.* Siquidem hæc potestas non conceditur ordinariis, quatenus personæ singulares sunt, ut propterea electa videatur industria personæ (quod est fundamentum Menochii) sed quatenus habent jurisdictionem

ordinariam, ac proinde delegari potest. Sed neque ex eo censetur electa industria personæ, ejusque prudentiæ commissum, quod negotium sit arduum (quales censentur causæ matrimoniales) si fiat delegatio personæ incognitæ & indeterminatæ, uti contingit in præsentibus, dum ea sit omnibus ordinariis, tam præsentibus quàm futuris. Et sic specialiter Vicarius Episcopi Generalis poterit hanc potestatem dispensandi delegare; cum habeat jurisdictionem ordinariam, idemque cum Episcopo tribunal; & licet non possit alium Vicarium constituere, potest tamen unam alteramve causam delegare alteri. Et ita tenent Sanch. *d. 7. n. 21.* Cön. *n. 55.* Gutt. *n. 13.* Castrop. *n. 4.*

*Quest. 157. An & qualis causa, & qualiter cognoscenda requiratur ad dispensandum in denunciationibus.*

1. Resp. ad primum: Ordinarius nequit in iis dispensare sine justa causa; cum id à Concilio committatur illius prudentiæ & judicio, quæ verba arbitrium prudentiale, & ratione regulatum important, ut Menoch. *de arb. l. 1. q. 8. num. 26.* quod nequit consistere absque justæ causæ cognitione. Menoch. *conf. 69. num. 62.* Sanch. *l. 3. d. 8. n. 1.* Gutt. *c. 57. num. 1.* Castrop. *cit. §. 4. num. 5.* qui etiam cum Sanch. *num. 2.* censet ordinarium sine causa permittentem omitti omnes denunciationes peccare mortaliter; quia potestate sibi concessa abutitur.

2. Resp. ad secundum: Concilium quidem unicam causam dispensandi allegat, nimirum suspicionem de matrimonio malitiosè impediendo, si tot vel una denunciatio præcesserint; sufficit tamen etiam quævis alia causa, quæ juxta arbitrium prudentum justa habetur. Tales autem causæ v. g. sunt infamia, ut si viventes in concubinato, haberi pro veris conjugibus publicentur. Castrop. *nu. 8.* Pirh. *num. 29.* Cönnick. *du. 6. num. 56.* Disparitas conditionis, unde irrisio, pudor, & confusio, si denuntientur v. g. senex cum juvencula, dives cum pauperula, valde nobilis cum rustica. Sanch. *d. 9. num. 3.* Spino, *num. 18.* Castrop. Pirh. *ll. cit.* Damnum & periculum animæ, sive proprium sive alienum. Sic statim jungenda matrimonio meretrix, ut statim à statu malo desistat. Item turpiter inter se viventes. Castrop. *loc. cit.* Bonum animæ, ut dum ducitur concubina in articulo mortis ob securitatem decedendi in bono statu; item legitimatio prolis. Castrop. *loc. cit.* Sanch. *d. 9. n. 9.* Periculum fornicationis, aut dissolutionis sponsalium ob dilationem nuptiarum, dum instat tempus Adventus, vel Quadragesimæ, quo prohibentur nuptiæ benedicti. Zirola. *prax. Episc. p. 1. v. matrimonium. §. 9.* Sanch. *d. 9. num. 14.* Castrop. Pirh. *ll. cit.* Favor & honor magnatibus exhibitus, dum ab onere denunciationum liberantur; tum quia eorum conjugia non solent esse ignota; tum quia favor hic sæpe cedit in bonum Ecclesiæ. Cön. *loc. cit. num. 57.* Castrop. Pirh. *ll. cit.* Ac denique quæcunque notabilis contrahentium commoditas, sive temporalis, sive spiritualis præstat justam causam omittendi denunciationes, ut Castrop. dicens, sic facile colligi ex DD. hic relatis.

3. Resp. ad tertium: Obligatur ordinarius, antequam dispense, diligenter investigare, an causa allegata sit vera, tum etiam, num contrahentes aliquo

aliquo impedimento ligati, Sanch. num. 20. Castrop. loc. cit. Porro non requiritur cognitio causæ judicialis, etiam si ea fiat etiam pro foro externo; quia Concilium rem totam commisit arbitrio ordinarii, quod sufficienter ratione regulari potest, si ex testibus, etiam non juratis, agnoscat causam adesse remittendi denunciationses. Sanch. l. 3. d. 8. num. 4. Cevall. 99. pract. q. 604. Cutt. l. 57. n. 2. Castrop. l. c. n. 6.

*Quæst. 158. Num Ordinarius existente justa causa obligetur dispensare in denunciationibus.*

1. **R**Esp. affirmativè, quoties bono communi vel particulari contrahentium maximè expedit concedi hanc dispensationem. Sanch. l. 3. d. 10. num. 6. Gutt. c. 52. num. 4. Pont. l. 5. c. 31. post medium. Castrop. §. 5. num. 1. Tenetur enim ordinarius ex officio providere bono communi, & speciali subditorum; adeoque denegando hanc dispensationem, ubi bono communi vel speciali valde expedit, agit contra munus suum, & graviter peccat; poteritque à tali denegatione appellari, saltem quò ad effectum devolutivum. Castrop. l. c. cum Gutt. n. 5. quin & si stante justâ causâ, ob quam valde bono communi vel speciali contrahentium expedit dispensari, ordinarius nolit dispensare, posse illos contrahere ommissis denunciationibus; quia leges ecclesiasticæ non obligant cum tam gravi jactura. Docent Pith. b. t. num. 29. Castrop. loc. cit. num. 4. Sanch. d. 10. num. 27. Cönninck. loc. cit. num. 59. Gutt. num. 6. Hentiq. l. 11. c. 5. num. 5. & alii. Sed neque Concilium in gravissima causa malitiosi impedimenti, nec etiam in aliis causis gravibus permittit ordinario libertatem negandi dispensationem eo ipso, quò is judicet matrimonium expedire, & malitiosum impedimentum aliâ viâ tolli non posse; sed remittit ordinario judicare, an impedimento illo stante, expedit omittere denunciationses, dum aliâ viâ impedimentum tolli potest. Castrop. n. 2.

2. Dixi: Si maximè expedit: Si enim non valde, sed leviter tantùm ea dispensatio conducit bono communi vel speciali, dispensatio erit ad libitum dispensantis & gratiosa. Castrop. Arg. c. exposulasti. de cler. & excom. eò quòd levis commoditas, ut Castrop. abundè compensetur rigidâ observantiâ legis communis. Porro omnes causas supra adductas graviter bono communi vel contrahentium conducere, exceptâ illâ, quæ oritur ex verecundia ob disparitatem conditionis; item quæ consistit in gratia & favore magnatibus exhibendo, eò quòd hæc duæ causæ, etsi sint justæ, non tamen ita sint graves, quin sæpe gravius urgeat, & Ecclesiæ sit convenientius, legem illam de denunciationibus observare, ait Castrop. n. 3. citatis Cön. Sanch. Pont. ubi supra. De cætero tamen dispensatio facta ex causa justa leviori tamen, sit gratiosa, adhuc debet concedi liberaliter; adeoque ne quidem imponi potest dispensatio pecunia aliqua solvenda per modum mulctæ, aut eleemosynæ alicui loco pio faciendæ, uti generaliter quò ad dispensationem gratis faciendam dispositum est per Tridentinum Sess. 25. cap. 18. non secus ac omnes conveniunt, non posse Episcopum concedentem dimissorias obligare ordinandum, ut pro dimissorias eleemosynam faciat loco pio. Castrop. num. 5. licet cum Sanch. cit. d. 10. n. 10. admittat, si dispensatio fiat ob causam aliquam or-

tam ex culpa, imponi posse obligationem alicuius pecuniæ erogandæ, non quidem pro dispensatione, sed pro culpa commissa, & in penam illius, cui conceditur dispensatio.

*Quæst. 159. An & qualiter denunciationses omisse ante nuptias adhuc præmittendæ sint consummationi matrimonii.*

**R**Esp. Si ob causam, vel etiam quia dispensatio ab ordinario facta non est integrè, sed solum pro matrimonii contractu, præmissæ non sunt denunciationses ante nuptias, adhuc contrahentes eas præmittere ante consummationem matrimonii obligati sunt, nisi fortè aliqua gravi & urgente causâ excusentur; aut nisi ordinarius expedire judicaverit, ut omnino & tunc omittantur. Prout hæc habentur in Trid. cit. c. 1. Estque hæc obligatio sub mortali; quia est in materia gravi, ut constat ex fine hujus præcepti, nempe ut impedimentum dirimens, si quòd subest, detegatur, & ne consummantes matrimonium exponant se periculo copulæ fornicariæ. Sanch. l. 3. d. 11. nu. 5. Gutt. c. 58. num. 1. & 2. Castrop. cit. §. 5. nu. 6. Pith. b. t. num. 30. Et quamvis Sanch. num. 2. Rodriq. in sum. c. 222. num. 1. tanquam probabile defendant, non esse mortale, consummare matrimonium ommissis denunciationibus, dum contrahentes certi sunt, nullum subesse impedimentum; eò quòd ratio legis, & consequenter lex, cessare videatur. Verùm contrarium dicendum; quia non statim hic & tunc in particulari casu cessante sine seu ratione legis lex cessat; & lex illa Trident. non hunc vel illum singularem casum respicit, sed omnes & in genere ob periculum fornicationis, si denunciationses non præmitterentur consummationi. Et sanè si ratio à Sanch. allata urgeret, pari modo non peccaretur graviter, si denunciationses illæ sine causa & dispensatione omittentur ante nuptias, dum contrahentibus constaret, nullum subesse impedimentum, quòd tamen illi AA. non dicent. De cætero peccari solum mortaliter per primam copulam, docent Henriq. l. 11. c. 16. nu. 1. & alii, quos sequi videtur Castrop. loc. cit. nu. 7. eò quòd Trident. solum videatur imperasse denunciationses præmitti, tum matrimonii contractui, tum consummationi; at quando consummatum est per primam copulam, nullum de denunciationibus præmittendis subsequentibus copulis præceptum imposuerit. Unctur hi AA. exemplo jejunii, quòd si semel violatum est bis comedendo, non peccatur postea de novo, si sæpius comedatur. Verùm probabilius docent Sanch. d. 11. n. 5. Gutt. c. 58. num. 2. Pith. loc. cit. & alii, peccari toties mortaliter, quoties petitur & redditur debitum; quia proceditur contra legem Ecclesiasticam graviter obligantem, & quantum est de se, incurritur periculum fornicationis; eò quòd posset subesse impedimentum dirimens, cum nondum sit adhibita diligentia juridica seu præscripta ab Ecclesiâ, ut detegerentur impedimenta; si quæ laterent, quæ se securos redderent.

*Quæst. 160. Quinam factis denunciationibus teneantur denunciare impedimentum.*

1. **R**Esp. primò: Dum impedimentum est publicum, vel probatu facilè, quilibet ejus con-

conscijs denunciare tenetur, quia impedire potest sua denunciacione, ne invalidè contrahatur matrimonium. Castrop. p. 13. §. 6. num. 1. Pont. L. 5. c. 34. n. 3.

2. Resp. secundò: Dum occultum est impedimentum, impetratque desuper dispensatio pro foro conscientie, nulla est obligatio denunciandi; Secus si vox est publica de impedimento; quia tunc dispensatio non prodest. Castrop. n. 2. Sauch. L. 3. d. 13. à n. 4. Gutt. c. 59. n. 13.

3. Resp. tertio: Is, cui impedimentum notum est solum ex auditu, nec recordatur, à quo audiverit, non obligatur denunciare; quia nulla utilitas talis denunciacionis. Castrop. loc. cit. Gutt. n. 12. Fatin, de testib. p. 2. q. 69. num. 75. & seq. Potest tamen denunciare, si nullam infamiam irrogat; quia in ea denunciacione nullum est periculum, & fortè veritas manifestabitur. Gutt. Castrop. ll. cit. E contra si recordetur, à quo audiverit, & is sit persona fide digna, tenetur denunciare; quia potest ordinarius eam citare, ejusque testimonium recipere. Sanch. d. 13. nu. 7. Gutt. num. 10. Pont. L. 5. c. 34. num. 1. Castrop. num. 3. Si autem persona, à qua audivit, est suspecta, nulla est obligatio denunciandi, maxime, si impedimentum est diffamatorium. Sanch. Gutt. Castrop. ll. cit. Farinac. n. 83. &c.

4. Resp. quartò: Si quis solus novit impedimentum, obligatus est illud revelare, si præmissa fraterna correctione (dum nimirum speratur ex ea fructus) revelare potest sine suo damno, etsi probare illud nequeat. Sanch. num. 2. Gutt. num. 9. Covarr. in 4. decret. p. 2. c. 6. §. 10. nu. 1. Henriq. L. 11. c. 14. num. 5. Castrop. nu. 5. Gasp. Hurt. de matrim. d. 5. diff. 21. num. 75. contra Pont. L. 5. c. 34. à nu. 6. Sanch. v. matrimonium. num. 23. eò quòd ex una parte dictum seu testimonium unius, etsi insufficientis sit ad contractum dissolvendum, sit tamen sufficiens ad impediendum matrimonium contrahendum juxta c. super eo. de testib. & Gl. ibid. & esto, ad hoc etiam sufficiens non esset dictum unius testis, sufficiens tamen adhuc foret, ut Judex ex officio urgeret contrahentes ad diligentioris inquisitionem, quã fortè detegeretur impedimentum. Ex altera parte obliget præceptum revelandi. cum commodè revelari potest; tum ne contrahentes peccent, si mala fide procedant; tum ne irreverentia fiat Sacramento, & proles fiat illegitima, vel si bona fide contraxerint, ne materiale peccatum fiat, nève sit Sacramenti fictio, & proles ex se illegitima; & insuper, ut vitetur difficultas, quæ postmodum detecto impedimento, in ratificatione matrimonii intervenire solet. Et hæc omnia sufficienter honestare revelationem impedimenti, tamen si sub secreto acceperis, & juraveris te non revelaturum; asserunt Sanch. Gutt. Castrop. ll. cit. quòd verò nemo obligetur denunciare, quod probare nequit ob periculum incurrendi nomen impostoris & calumniatoris, procedere ait Castrop. num. 7. dum proceditur ad punitionem; non verò, quando ad damna vel peccata avertenda lex fertur & obligatio revelationis imponitur. De cætero in hoc casu revelare quis non tenetur, ubi revelare nequit sine gravi suo incommodo cum leges Ecclesiasticæ, utpote jugum suave, in eo casu non obligent. Pont. num. 2. Sanch. num. 10. Castrop. num. 5. Atque ex his infertur, multò magis ipsos contrahentes, impedimenti conscijs teneri fateri, & à contrahendo

desistere; quia injustè aliàs & iniquè se contractui ingerunt, quem jure celebrare nequeunt. Sanch. L. 3. d. 14. Cöninck. d. 27. du. 7. concl. 2. n. 62. Castrop. n. 6.

*Quest. 161. Qualiter se gerere debeat Parochus, dum post denuntiaciones opponitur impedimentum.*

1. **R**esp. primò: Parochus ab aliquo (sive is sit unus contrahentium, sive alius) informatus de impedimento, debet interdicare celebrationem matrimonii (quæ interdictio non est judicialis, sed extrajudicialis, ut Castrop. §. 7. n. 2.) non potest tamen de eo cognoscere, an revera subsit; quia Parochus judicialem potestatem non habet, quam tamen requirit cognitio impedimenti matrimonialis. Castrop. loc. cit. Sanch. d. 15. num. 2. Gutt. c. 60. num. 2. Pirh. h. t. num. 31.

2. Resp. secundò: Debet proinde Parochus monere secretò conjuges, præsertim si impedimentum ortum habeat ex peccato occulto, ut desistant à matrimonio, & si ii non acquiescant, ordinario, utpote ad quem spectat impedimenti cognitio, illud deferre debet. Sanch. loc. cit. Tann. d. 8. q. 3. du. 6. num. 133. Pirh. loc. cit. Idem est, si Parochus ipse solus novit impedimentum extra Confessionem; si enim juxta dicta *quest. præced.* quilibet alius tenetur impedimentum denunciare, multò magis ad hoc tenetur Parochus, cui ex officio incumbit, salutis & bono subditorum consulere; & licet ex revelatione tali aliqua eis nota proveniat, ipsi sibi debent adscribere, dum non acquiescant. Castrop. num. 3. Unde etiam si in hoc casu publice petant tales conjungi matrimonio, debet id iis negare Parochus, non obstante, quòd aliàs occulto peccatori indignè petenti publicè Sacramentum illud sit ministrandum. Siquidem id quoque procedit in præsentem casu, dum contrahentes aliud impedimentum non haberent, quàm quòd susceptionem Sacramenti matrimonii indignam redderet, quale est solum peccatum mortale; cederet enim hoc tantum in damnum occultis peccatoris, nempe confusionem; Secus verò, si habeant impedimentum, quod præter indignam etiam invalidam susceptionem, & hinc occasionem plurium damnorum, pluraque deinceps patrandi peccata præstaret; cum id cederet in grave quoque damnum aliorum.

3. Dum verò novit Parochus impedimentum tantum ex Confessione, quamvis plures apud Sanch. cit. d. 15. à nu. 6. censeant posse, imò debere illis negare assistentiam; verius tamen censent Sanch. d. 16. num. 14. Gutt. c. 60. nu. 11. Cöninck. loc. cit. du. 7. num. 70. Castrop. cit. §. 7. num. 5. id eum non posse; cum Confessarius uti nequeat notitia accepta in Confessione ad actus exteriores, ex quibus Confessio penitenti reddi potest odiosa. Debere tamen monere penitentem, petita prius ab eo veniã cum monendi de aliquibus auditis in Confessione, dum credit penitentem non ægrè laturum hanc licentiæ petitionem, & monitionem suam profuturam, tenent Cönn. & Castrop. ll. cit. probabile tamen etiam ait Castrop. cum Gutt. c. 60. in fine. non esse obligationem petendi illam veniã, sed se gerere posse, ac si nihil ad ejus noticiam devenisset.

*Quest.*

*Quest. 162. Qualiter se gerere debeat ordinarius, dum impedimentum ad eum delatum est.*

1. **R**esp. primò: Debet investigare impedimenti veritatem, & si fortè ei respondeatur, esse deluper dispensatum, debet videre, an dispensatio data sit solum pro foro interno, an etiam pro foro externo. Si data pro solo foro interno; cum ea utpote non operans ultra mentem dispensantis, non profit pro impedimento delato ad forum contentiosum, non potest illos conjugere. Quinimò, si etiam post matrimonium contractum opponatur impedimentum dirimens, cujus obtenta dispensatio solum pro foro conscientia, debere illum eos separare, ac cogere ad vitam cælibem ducendam, donec obtineatur quoque dispensatio pro foro externo, tenent Cón. n. 64. Gutt. n. 60. Sanch. d. 16. n. 15. Castrop. n. 6. qui posterior unà cum Pont. L. 5. de matr. c. 36. n. 7. tradit, quòd si contrahens falsis testibus probaverit, impedimentum sit oppositum nullum esse, posse Judicem, tametsi falsitatem agnoscat, eos matrimonio conjugere, eò quòd eo casu publicitas fori externi jam sublata sit.

2. **R**esp. secundò: Si ordinario ex propria notitia, & non ex alterius revelatione constaret de impedimento, debet is etiam ignorans dispensationem deluper obtentam esse, eos conjugere; eò quòd nequeat esse simul testis, & Judex; ac proinde ejus scientia nullius sit efficaciam ad impediendum matrimonium. Castrop. n. 7. citans Sanch. d. 15. n. 14. Gutt. c. 60. n. 5. Cóninck. d. 27. d. 7. n. 59. & adducens simile de irregulari petente publicè ordines, quem Episcopus ex irregularitate sibi soli nota nequit repellere juxta c. ex tenore. de temp. ordm. Verùm hoc jus correctum esse, jure novo Trid. vicujus talem Episcopus possit repellere, ostendunt alii.

*Quest. 163. Quodnam dicendum matrimonium contractum clandestinè in ordine ad incurrendas pœnas statutas clandestinè contrahentibus.*

1. **R**esp. primò: non videri clandestinè contractum in ordine ad dictas pœnas matrimonium, quod justè seu sine culpa ommissis denunciationibus, consummatur dein illicitè ante præmissas mittendas denunciations consummationi. Pœnæ illæ siquidem impostæ sunt injustè seu cum culpa clandestinè seu ommissis denunciationibus contrahentibus. Sed tales non sunt, qui solum, postquam justè ommissis denunciationibus, præceptis aliàs præmitti ante contractum contraxerunt, dein ommissis culpabiliter denunciationibus præceptis præmitti consummationi, matrimonium contraxerunt.

2. **R**esp. secundò: Censeri matrimonium clandestinè contractum in ordine ad has pœnas, quod, etsi celebratum coram Parocho & testibus, celebratum tamen est ommissis culpabiliter denunciationibus. Siquidem tale matrimonium jure antiquo agnitum est clandestinum clandestinitate, supra quam pœnæ statuta clandestinè contrahentibus cadebant, ut constat ex c. ult. h. r. à jure autem antiquo non est recedendum, nisi per novum expressè corrigatur. Neque obstat, Tridentinum matrimonia clandestina irritare; & tamen non irritare celebrata coram Parocho & testibus ommissis denunciationibus; quia non annullavit matrimonium quodcumque clandestinum, sed celebratum

sine Parocho, etsi aliàs celebratum coram omni populo. Ita tenent Sanch. L. 3. d. 1. n. 7. Ponc. L. 5. c. 37. n. 7. Gutt. c. 75. per tot. Henriq. L. 11. c. 6. n. 2. Castrop. §. 14. n. 1. Pirh. h. r. n. 38. contra Pet. Ledesm. q. 45. a. 5. Hurt. d. 5. diff. ult. Molin. Tom. 1. de just. r. 2. d. 176. qui quia putant tale matrimonium non esse clandestinum, excusant illud à pœnis. Unde jam inferitur cum Sanch. l. c. d. 1. n. 10. contra Innoc. in cit. c. fin. n. 2. & Abb. ibid. n. 9. aliòsque ceteri clandestinum, si celebretur coram Parocho, & coram vicinia totaque civitate ommissis denunciationibus. Licet enim in hoc casu celebretur publicè publicitate simpliciter, non tamen publicitate legali, eà scilicet, quam jus desiderat, & quam ommissam punit; jus enim in hoc casu non punit defectum publicitatis utrunque, sed ejus, quam exigit pro tali actu, nempe publicitatem per denunciations.

3. **R**esp. tertio: Matrimonium celebratum sine Parocho & testibus in locis, in quibus Trident. non receptum venit nomine clandestini in ordine ad pœnas incurrendas. Sed de hoc paulò post.

*Quest. 164. Quæ pœna contrahentibus clandestinè ommissis denunciationibus.*

1. **R**esp. primò: Prima pœna est illegitimitas prolium natarum ex tali matrimonio, dum illud contractum cum impedimento dirimente consanguinitatis vel affinitatis, non obstante bona fide parentum, dum nimirum contrahentes, vel saltem unus eorum ignoravit dictum impedimentum; cum aliàs filii nati ex matrimonio putatio invalido ob dictum impedimentum stante bona fide parentum, sint legitimi. c. ult. h. r. ubi: *Si quis hujusmodi clandestina vel interdicta matrimonia (intellige facta sine denunciationibus) inire presumpserit in gradu prohibito etiam ignoranter, soboles de tali conjunctione suscepta prorsus illegitima censetur, de parentum ignorantia nullum habuura subsidium: Et mox subiungitur ratio: Cum illi saltem (intellige ommissis denunciationibus) contrahentes non expertes scientia, vel saltem affectatores ignorantia videantur &c.* Siquidem probabilis ignorantia non est, si culpabiliter omitantur; quæ requiruntur, & ut talia præcipiuntur. Estque talis ignorantia indirectè voluntaria, & dicitur affectata, ut patet ex recitato textu. Sanch. L. 3. d. 42. n. 1.

2. Circa quam pœnam notandum primò; tale matrimonium clandestinum debere esse invalidum, aliàs ex eo nati non erunt illegitimi. Castrop. cit. §. 14. n. 4. pro ut constat ex cit. textu.

3. Secundò notandum. Tamen hæc pœna statuat, dum matrimonium est invalidum ob impedimentum consanguinitatis vel affinitatis, locum tamen etiam habeat, dum matrimonium est invalidum ob quodcumque aliud impedimentum dirimens, juxta tamen limitationem mox subiungendam, quia mentio de impedimento gradus prohiberi fit tantum exempli gratia. Ratio verò ibi expressa, nimirum, quòd parentes affectatores ignorantia videantur, dum debitam & præscriptam in inquirendo diligentiam non adhibuerint, militat in omni alio impedimento. Sanch. l. c. n. 4. Cóninck. d. 27. du. 9. à n. 77. Pirh. h. r. n. 37. Nihilominus Castrop. l. c. n. 3. citans Ponc. l. 5. c. 37. n. 7. censet contrarium, nempe pœnam hanc illegitimitatis prolium tantum habere locum in contrahentibus clandestinè in gradu consanguinitatis vel affinitatis prohibito; eò quòd textus id tantum exprimat, & pœnæ non sint extendendæ, etiam ubi eadem

dem ratio procedit. Limitanda tamen & aliorum AA. sententia, ut pœna locum habeat in aliis impedimentis dirimentibus, saltem iis, quæ per denunciations suapte naturâ detegi seu cognosci possunt, secus de aliis, ut si V. G. matrimonium clandestinum sit nullum ob occultum defectum consensûs in uno contrahentium, altero id ignorante; quia tunc cessat ratio citati textus nempe affectata ignorantia; cum hi contrahentes dici non possint affectasse ignorantiam, dum eorum alter omni adhibita diligentia id scire non potuerit. Sanch. d. 42. num. 5. quem sequitur Pirh. contrarium tamen sentiente Cõn. l. c. eò quòd c. 2. & penult. qui fil. sint legit. privilegium illud legitimitatis concedatur iis solis, qui stante impedimento probabiliter ignorato seu bona fide nati ex matrimonio in facie Ecclesiæ contracto, non verò clandestinè ommissis denunciationibus.

4. Notandum tertio: ad pœnam illam incurrendam requiri prolem susceptam ex tali conjugio invalido durante inhabilitate & clandestinitate; si enim tollatur clandestinitas, & publicetur matrimonium contractum, & insuper per sententiam iudicetur ab Ecclesia validum, filii post talem publicationem & approbationem nati censentur legitimi, etsi dein & ex post detegatur impedimentum, quod casu & per accidens ante detectum non fuerat; ut expressè habetur c. quod nobis, qui fil. sint legit. Neque contrarium sequitur ex eo, quòd nati ex conjugibus impedimentis conciliis, etiam publicè contrahant, & postmodum eorum matrimonium per dispensationem approbetur, sint & maneat illegitimi; quia matrimonium taliter contractum tam de facto, quàm secundum eorum æstimationem erat invalidum; matrimonium verò ignorantium etsi culpabiliter suum impedimentum saltem secundum existimationem est validum; quare mirum non est, si talis defectus approbatione Ecclesiæ suppleatur. Castrop. l. c. n. 4.

5. Resp. secundò: Altera pœna est, ut contrahentes ommissis denunciationibus in gradu prohibito etiam ignoranter (intellige culpabiliter, ex hoc, quòd omiserint denunciations) separandi sint sine spe obtinendi dispensationem; quia, ut inquit Trident. sess. 24. c. 5. non est dignus, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur; cuius salubria præcepta contempsit; quod ita intelligendum, ut Papa se in dispensando præbiturus sit difficilem, nec credatur dispensaturus ex qualibet causa, sed solum ex gravi & urgente; ideoque dispensandus debeat quoque huius delicti facere mentionem, alias dispensatio erit nulla. Sanch. d. 45. num. 3. Cõn. l. c. du. 9. num. 81. Gutt. c. 75. num. 2. Extendi quoque hanc pœnam ad quælibet alia impedimenta dirimentia, saltem ea, quæ per denunciations detegi possunt, ait Pirh. num. 39. citato Sanch. d. 42. num. 7. eò quòd licèt statutum hoc sit pœnale, sit tamen in maximum animarum favorem, nempe ad vitanda matrimonia clandestina irrita, quæ passim spe dispensationis facilè obtinendæ contraherentur.

6. Resp. tertio: Insuper subduntur gravi pœnæ arbitrariæ, arbitrio nimirum ordinarii infligendæ, & hunc sub gravi culpa teneri illos punire, satis indicant verba Trident. nec non & ipsos contrahentes arbitrio Ordinarii graviter puniri præcipit, Sanch. d. 46. num. 7. Castrop. l. c. num. 10. Gutt. c. 75. num. 3. & 9. ait tamen R. P. Lect. Jur. Can. Lib. IV.

Pirh. num. 40. hæc pœnam arbitrariam contrahentibus ommissis denunciationibus non imponendam, sed tantum, quando contrahunt sine parochio & absque debito testium numero. Possit quoque Judicem sæcularem tales punire, ex Sanch. l. 3. d. 54. num. 4. ait Castrop. eò quòd Judex talis habeat jurisdictionem in personam, ex altera parte constet de delicto; quin & posse illum cognoscere, si opus est, dum nimirum non constat, num clandestinè contraxerint, tanquam probabile contra Covar. (qui tenet remittendam illam cognitionem ad Judicem ecclesiasticum) censet Castrop. eò quòd licèt cognitio causæ matrimonialis per se solis Episcopis concedatur, dum tamen cognitio non est de jure (qualis esset, V. G. dum cognosceretur, an matrimonium validum nec ne; quale matrimonium clandestinum &c. l. c.) sed de facto, nimirum num contraxerint clandestinè, an peccaverint contra statuta Ecclesiæ, non sit, cur laicis denegeretur hæc potestas, ut Sanch. l. c.

7. Resp. quartò: Contrahentibus matrimonio in gradu alias permisso ac licito, ommissis tamen denunciationibus, prout præcipitur c. cum inhibito. imponenda est pœnitentia; quia adhuc contra interdictum Ecclesiæ, ejus præceptum contempnendo contrahunt. Pirh. num. 43. cum gl. in cit. c. v. pœnitentia.

Quest. 165. Quenam pœnæ statuta contrahentibus clandestinè simpliciter, hoc est sine parochio vel testibus.

1. R. Resp. primò: Per modum præsuppositi? procedere hanc quæstionem solum de iis matrimoniis clandestinis simpliciter, quæ non obstante clandestinitate, erant alias, & modò sunt valida, intellige, in locis non recepti Tridentini; dum enim matrimonia ex dicta causa nulla sunt, cessat tota ratio legis pœnalis, utpote cujus finis directus erat, metu talium pœnarum detertere ab illis matrimoniis simpliciter clandestinis validè, sed illicitè contractis, ne, cum de matrimonio contracto non constaret, veri conjuges ab invicem recedentes, & alia conjugia publicè contrahentes in perpetuis viverent adulteris, Ecclesiæ non valente huic malo occurrere propter defectum notitiæ primi matrimonii, utpote clandestine sine testibus contracti, hoc supposito.

2. Resp. secundò: Probabilius videri ex tali matrimonio clandestinè, sed invalidè contracto, nimirum in locis, ubi viget Trident. non incurri pœnas illas olim statutas simpliciter clandestinè contrahentibus; quia ex talibus matrimoniis, utpote irritis, non jam sequuntur ista mala, nimirum adulteria, quæ alias, dum valida erant istiusmodi matrimonia, conjugibus veris à se recedentibus sequebantur; Unde licèt matrimonium contrahere clandestinè invalidè graviter videatur peccatum in se & absolute, quàm contrahere illud validè, nimirum in locis, ubi Trident. receptum non est, non est tamen gravius quòd ad Ecclesiam, & relatè ad dicta mala, ad quæ declinanda illud ita ab Ecclesia punitur. Sed neque pœnæ, quæ quandoque statuuntur propter solum factum aut pravam animum facientis, licèt factum illud careat effectu juris, hoc est, valore, locum habent, nisi jus ipsum hoc exprimat, nimirum, quòd

quod velit punire etiam tale factum carens valore. Hinc deduco, &

3. Resp. tertio: Contrahentes simpliciter clandestinè, validè tamen, nimirum in locis, ubi Tridentinum receptum non est, adhuc hodieum incurrunt pœnas statutas contrahentibus simpliciter clandestinè; quia lex illa pœnalis ob dicta mala inde provenientia respicit factum cum effectu juris seu valore. Nihilominus tamen etiam contrahentes simpliciter clandestinè invalidè, Trident. *cit. c. 1.* præcipit graviter puniri ab ordinariis.

*Quest. 166. Quæ sit pœna parochi vel alterius Sacerdotis assistentis matrimonio clandestino.*

1. **R**esp. primò: In *c. cum inhibito. h. r.* statuitur hæc pœna, ut talis per triennium suspendatur ab officio, circa quam pœnam notanda veniunt sequentia, primò habere illam adhuc hodie post Trident. locum in assistente parochi vel alio Sacerdote, sive sæculari, sive regulari de parochi aut Ordinarii licentia matrimoniis clandestinis ob omittas denunciations, adeoque validis; quia Trident. ex una parte de hoc nullam decrevit pœnam; ex altera parte dicit se inhærere vestigiis Concilii Lateranensis, ex quo desumptum est *c. cum inhibito. Sanch. d. 48. n. 7. Pirh. h. r. num. 42.* Eandem pœnam *eod. cap.* statutam parochi & alteri Sacerdoti assistenti matrimonio clandestino ob non adhibitos in requisito numero testes perdurare adhuc hodieum censent plures apud Sanch. eò quod Trident. dicat se inhærere vestigiis Concilii Lateranensis. Censent è contra Sanch. *num. 4. Castrop. num. 13. Pont. l. 5. c. 37. num. 11.* illam à Trid. revocaram, dum statuit, parochum aliosve; qui interfuerunt istiusmodi ob dictam rationem clandestinis matrimoniis, pro arbitrio ordinarii graviter puniendos; siquidem quando minor pœna imponitur nova lege ob idem delictum, pro quo gravior imponebatur lege antiquæ, tunc cesset pœna legis antiquæ; quod ipsum tamen nondum sufficienter probatum ait Pirh. *l. c.*

2. Notandum secundo: Dictam pœnam extendi à Sanch. quotiescunque interfuit matrimonio à jure interdicto. V. G. si vagos absque licentia Ordinarii conjungat. contra tenet Castrop. eò quod textus *cit. c.* tantum loquatur de matrimoniis, quæ ob suspensionem impedimenti dirimentis interdicta sunt.

3. Notandum tertio, dictam pœnam locum non habere modo, si parochus alienus, vel quicumque alius Sacerdos sine proprii parochi licentia interfuit tali matrimonio, cum enim tale matrimonium sit invalidum, ideo pœnæ olim impostæ assistenti tali matrimonio, quod tunc erat validum, non incurruntur. Sanch. *cit. d. 48. num. 6. Pirh. num. 42.* Nihilominus talem suspensionem esse ab officio & beneficiis, quousque Ordinatio illius parochi, qui debebat assistere, visum fuerit, à qua suspensione ramen excusat ignorantis, modo crassissima non sit, ait Castrop. *n. 15.*

4. Notandum quarto, talem suspensionem ab officio, hoc est, ab officio & exercitio ordinis clericalis, non esse suspensionem à beneficio, hoc est, à perceptione fructuum beneficii; cum hæc sint suspensiones distinctæ, & in *cit. c. cum inhibito*; non exprimat nisi suspensio ab officio, Pirh. *num. 43. citans Sanch. l. 3. d. 51. num. 14.* qui tamen addit, posse Judicem suspendere talem etiam à beneficio, si culpæ gravitas id exigeret, juxta *§. fin. cit. c. cum inhibito.*

5. Notandum quinto, de cætero suspensionem illam triennalem non esse latæ sententiæ, sed ferendæ per Judicem, ut constat ex textu *cit. c.* ubi dicitur: *feratur*; quod actum seu ministerium Judicis in futurum significat et exigit. Sanch. *cit. d. 48. num. 2. Castrop. num. 12. Pirh. num. 42. Pont. l. c.*

6. Notandum denique, ab ista triennali suspensione Episcopum non posse absolvere. Sanch. *l. 3. d. 52. num. 2. Gutt. c. 75. num. 22. Pont. cit. num. 11. Castrop. num. 14. Pirh. num. 44.* Item Jo. And. Host. Præposit. in *cit. c.* eò quod suspensio illa lata ab ipso Concilio Generali, & quidem præfixo tempore, quò durare debet; Episcopus autem in lege seu decreto Concilii generalis dispensare nequeat; unde licet ipse tulerit illam suspensionem; quia ramen id fecit, non tanquam principalis, sed tanquam minister Concilii generalis, eam relaxare non poterit, & licet absolvere possit à suspensione lata à jure indefinitè, nullo designato tempore, id tamen non potest, ubi adjectus certus terminus durationis suspensionis; Ac denique nec vi Trident. *sess. 24. c. 6.* absolvere potest ab omnibus censuris, etiam reservatis Pontifici; sed ab iis solis, quæ nec publicæ, nec ad forum externum deductæ; hæc autem triennalis suspensio, cum, ut dictum, non incurratur ipso facto, led per sententiam Judicis jam est sententia publica, & ad forum externum deducta. Castrop. &c.

*Quest. 167. Quæ pœna testium assistentium matrimonio contracto absque parochi, vel contracto omittis culpabiliter denunciations.*

**R**esp. sunt puniendi arbitrio Ordinarii; neque enim illis alia statuta pœna. Sanch. *d. 46. num. 7. Gutt. c. 75. n. 9. Castrop. n. 15.*

*Quest. 168. Quæ pœnæ per calumniam seu malitiam denunciantis impedimentum ad impediendum matrimonium.*

**R**esp. Eum puniendum canonicè pro arbitrio Judicis, cum pœna specialis non sit in jure expressa. Pirh. *num. 43.* qui tamen addit ex *2. c. de calumniator.* calumniosè denunciantem suspendendum ab officio & beneficio, donec se purgaverit.